



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

L<sup>a</sup>  
44  
280



La 44.280




**Harvard College Library**  
FROM THE  
**CONSTANTIUS FUND**

Established by Professor E. A. Sophocles of Harvard University for "the purchase of Greek and Latin books, (the ancient classics) or of Arabic books, or of books illustrating or explaining such Greek, Latin, or Arabic books." (Will, dated 1880.)







274

25418

# CURAE APULEIANAE

---

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA QUAM  
SCRIPSIT ET AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM  
ORDINIS CONSENSU ET AUCTORITATE IN ALMA  
LITERARUM UNIVERSITATE VIADRINA  
AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE  
CAPESENDOS DIE VIII. M. IUNII  
A. MDCCCLXXXII HORA I

PUBLICE DEFENDET

IOANNES PIECHOTTA

---

ADVERSARII ERUNT  
PAULUS KLIMEK IOSEPHUS FRENZEL CAND. PHIL.

---

VRATISLAVIAE  
APUD GUILELMUM KOEBNER  
MDCCCLXXXII

Sa 44.280



Constantine fund

331

Haud ita multis annis post Carthaginem deletam Romani primam coloniam in Africam deduxerunt. ex hoc ipso tempore etiam sermo latinus eo transferri coeptus est, non perpolitus ille cultu urbano, quo subsequenti saeculo imprimis aetate Ciceroniana florebat, sed rudis inconditusque, cuius speciem ac formam ne ex priscae quidem latinitatis reliquiis salebrosis horridisque accuratius refingere possis. seclusus ibi ab impetu eo, quo Romae ferebantur literarum studia, per ducentos fere annos latuit nec omnino potuit initio liberaliter coli, cum angustis finibus detentus variisque impedimentis obstrictus tardius serperet. neque ei, qui in Africam veniebant Romani emendatum sermonem literasque cultiores eo transferebant, quippe qui negotiandi vel munericus alicuius administrandi causa in provinciam proficiscentes brevi se inde recessuros scirent et propter negotia vel publica vel privata literis ibi vacare non possent. literati certe homines non barbaram terram, sed Romam, imperii caput, petebant. itaque facile accidisset, ut sermo latinus in Africa semper arcto usu terminatus aegre se sustineret; certe nunquam ille eam auctoritatem ibi consecutus esset, qua inde ab secundo p. Chr. n. saeculo vel in literis coepit multum valere, nisi Romani maximopere id egissent, ut Afros ad romanum cultum et disciplinam adigerent. nam cum cognovissent quam fecunda frumenti Africa esset<sup>1)</sup> frequentiores colonias eo mittebant et exercitu, qui stativa castra ibi habebat, provinciam tutabantur ab incursionibus vicinarum gentium latrociniis adsuetarum. sed rustici coloni militesque limitanei et legionarii ex omnibus imperii partibus coacti neque ad divulgandum neque ad expoliendum illum sermonem satis idonei erant. Afri autem indigenae quamdiu poterant linguae latinae punicam et graecam praefererebant, quarum utraque plerisque usitata literisque habilius erat quam horridulus sermo

---

<sup>1)</sup> cf. Cic. de imp. Cn. Pomp. c. 12; Tac. ann. 12, 43; Plin. n. h. 17, 13; Cod. Theod. 14, 15, 3 unde apparet caput rei frumentariae hanc provinciam Romanis exstisset.

latinus. neque per eos homines, qui Caesarea aetate ex Italia in Africam deducti sunt plurimi<sup>1)</sup> sermo ille in terram transmarinam iam pridem translatus brevi potuit excoli, cum etiam horum colonorum loquendi mos trivialis esset magnamque partem rusticanus. in Africa igitur sicut in reliquis provinciis sermo latinus proprios habuit gradus et quasi processus. quamdiu enim impedimenta, quibus angustis finibus coercebatur propagatioque eius retardabatur removenda erant vel superanda, incultus atque inchoatus quodammodo detinebatur. florentibus autem rebus colonorum cum propter commercium inter Italiam et Africam frequentissimum latius pateret atque non solum in quotidianae vitae usu adhiberetur verum etiam in literis, omissis angustis finibus severitatis illius, quam aetas praecedens observaverat, novis coepit abundare formis, quae mirae possunt videri, sed tamen prorsus respondent naturae atque indoli linguae latinae, cuius fecunditas luculenter expromitur p[ro]ae ceteris in scriptis Afrorum. sed cum sermo latinus in provinciis non posset tam celeriter expoliri quam Romae cumque tempore eodem, quo ad scriptiones evulgandas in provinciis ille coepitus est adhiberi, literarum praestantia, quae vigebat aetate Ciceroniana, iam pridem defloruisset, minime est mirum, quod optimorum scriptorum romanorum auctoritatem parum sequebantur ei homines, qui in provinciis ad scribendi studium se conferebant.<sup>2)</sup> itaque praeter novarum formarum abundantiam multa apud eos inveniuntur vocabula, quae vetustioribus quidem scriptoribus usitata erant, a quibus tamen elegantioris serveriorisque latinitatis auctores abhorrebant. illa vero in provinciis non modo in quotidianae vitae usu — nam in consuetudine vulgari plurima sine dubio etiam in Italia erant trita — sed etiam in literis usurpabantur satis multa. itaque paene nullus scriptor provincialis neque Afer neque Gallus neque alius quisquam prorsus eis abstinuit, et ex quo illi in literis latinis primas quasi partes agere coeperunt, in eandem consuetudinem etiam alios abreptos esse novimus. universa igitur scribendi ratio hominum provincialium, imprimis Afrorum, eo ferebatur, ut relicta stili severitate auctorum optimae latinitatis scriptores illi infinitae indulgerent vocabula novandi licentiae; vulgaris praeterea sermonis consuetudo ad scribendum saepe

<sup>1)</sup> cf. Marquardt, Roemische staatsverwaltung, I p. 315.

<sup>2)</sup> cf. Ottius in nov. annal. philol. vol. 109 (1874) p. 768.

afferebatur novaque ita provenit species orationis priscae ut in multis similis, sic in plurimis dissimilis. iniuste vero faceremus, si quae apud quosdam eius generis scriptores cum vetustiore lingua occurrunt communia, ea praepropere ac sine delectu, ut vulgo fit, prope omnia contenderemus ex oblitteratis libris multa opera conquisita esse nonnisi hoc consilio, ut scriptores illi audientium vel libros legentium animos insuetis ac miris vocibus alicerent oblectarentque.

Quod idem Apuleio accidit quamquam ingeniosissimus ille omnium scriptorum Afrorum, certe profanorum, ex quo veterum literarum studia renasci coeperunt usque ad hoc tempus satis multorum hominum doctorum in se convertit animos atque operam. quam diversa iudicia vel nostra aetate de eo tulerint viri docti, qui studiis Apuleianis se dederunt, ex his duobus perspiciat exemplis. Henricus quidem Kretschmann tantum afuisse dicit<sup>1)</sup> ut Apuleius in scribendo sibi temperaret, id quod Gellium fecisse affirmat, ut potius immissis libere habenis per omnem licentiarum campum exultans vagaretur linguaeque latinae nobis exhiberet speciem mirum quantum ab omnium priorum scriptorum usu formaque abalienatam. in modum similem plurimi alii de Apuleio senserunt et profecto merito ac iure. at contra Chr. Lütjohannus prorsus aliter de elocutione eius iudicavit sic argumentatus<sup>2)</sup>: denn er (Apul.) hat als fremder die lateinische sprache gelernt und sich darum mit bewusstsein mehr an bestimmte gesetze gebunden als der Roemer, der seine muttersprache mit groesserer freiheit und leichtigkeit handhabt. so ist er allerdings bis zur vollsten beherrschung des lateinischen idioms vorgedrungen, aber die metamorphosen tragen doch den stempel der muehsamsten, peinlichsten sorgfalt. satius duco sententias has inter se manifestissime repugnantes commemorare, iudicium, quod Lütjohannus tulit paucis, puto, arridebit. sed de hac ipsa opinione infra uberior exponemus, nunc missa dissensione de universo genere elocutionis Apuleianae ad eorum nos convertamus sententiam, qui scriptorem ex oblitteratis veteris linguae latinae monumentis multa casca vocabula depropnsisse contendunt, ut

<sup>1)</sup> de latinitate L. Apulei Madaurensis. Regimonti 1865 p. 4.

<sup>2)</sup> cf. acta soc. philol. Lips. a Ritschelio ed. vol. III (1873) p. 493 et ibid. p. 498: daraus, dass Apuleius das lateinische muehsam erlernte, erkläert sich auch die abweichung von der gewoehnlichen bedeutung mancher woerter sq.

lectores vel auditores insuetis ac miris vocibus oblectaret. in hunc modum iam prioribus temporibus viri docti de Apuleio iudicaverunt, sicut Lipsius in epistol. quaest. lib. 2 ep. 22; 3, 12 aliis locis et Ruhnkenius in praefat. edit. Oudendorpiana p. III, idem placuit recentioribus eisque paene omnibus. sententiae eorum satis sunt divulgatae. nihilominus nonnullos testes citabimus, ut manifesto compareant, quae minus probanda videntur. Bernhardyus inter alia, quae de latinitate Apulei recte animadvertisit haec ita retulit, ut facillime perperam possint accipi: veraltete worte sind absichtlich eingestreut, auch anklaenge des archaismus bis zum derben pleonasmus . . . doch dienen archaismus und graecismus bloss als feines gewuerz sq.<sup>1)</sup>). Erdmannus cum de Apulei usu vocabulorum scriberet<sup>2)</sup> voces, quae ab antiquis scriptoribus repetitae esse ei viderentur, colligere conatus est, quamquam paucissimas tantum easque leviter congessit. Kretschmannus l. c. p. 4 assensus est Ruhnkenio, sed tamen ita, ut non eadem antiquitatis verecundia admirationeque commotum vetusta verba eum revocasse diceret qua Frontonem, sed ut rhetorum more illecebris eorum orationem ille docte exornaret (p. 14). horum iudicium secutus Draegerus<sup>3)</sup> Apuleium sic vituperavit: am schlammsten erging es hiermit dem Apuleius, der den abgestumpften gaumen der lesewelt unter den Antoninen . . . unter anderem durch ausgesuchte archaismen und wahrhaft unverschaemte graecismen zu kitzeln suchte. similia sunt apud Koziolium<sup>4)</sup>, passim apud alios, quos etsi silentio praeterimus reprehensionem, spero, non capiemus.

His sententiis, quas procul dubio non sine ratione tenere sibi visi sunt homines docti, paene nemo oblocutus est, quia in libris Apulei vere multa vocabula inveniuntur, quae vetustissimis scriptoribus usitata ab auctoribus optimae latinitatis respuebantur. sed iam Ioannes Ottius in eis, quae l. c. eruditissime scripsit de studiis recentiorum hominum doctorum collocatis in cognoscendo sermone librorum sacrorum imprimis vetustissimae versionis latinae, quam Italam solent vocare, paucissimis verbis sed tamen satis

<sup>1)</sup> grundriss der roem. literat. 1872 p. 332, cf. etiam p. 328.

<sup>2)</sup> de elocutione L. Apulei Madaurensis. Stendali 1864.

<sup>3)</sup> hist. syntax der lat. sprache. Lips. 1874 p. XVII.

<sup>4)</sup> der stil des L. Apuleius. ein beitrag zur kenntniss des sogenannten afrikanischen lateins. Vindob. 1872, p. 2 sq.

aperte significavit<sup>1)</sup>) Apuleium simili fere ratione atque alios scriptores, qui in Africa libros conficerent, vetusta vocabula usurpare ut usitata et trita. hoc unum ille vituperavit, quod Apuleius immodicum numerum eorum in scriptionem recepit. ego vero Ottii iudicium in aestimanda elocutione Apuleiana universum non spreverim, aliquatenus tamen immutaverim. nam quin plurima vocabula, quae Apuleium a priscis transscripsisse putant propria fuerint dictionis vulgaris nullus dubito, quamquam antiquorum usum eum nonnunquam respexisse ipse non negaverim. sed ne in reliquorum sententiam his relabi videar iam mecum causas examines, quibus commoti plurimi delectu et discrimine parum accurato ac definito contendenter Apuleium dedita opera atque cumulate vetustatis speciem ab antiquis scriptoribus romanis mutuatum esse.

Maxime igitur hac re falsi esse videntur plurimi homines docti, qui de sermone Apulei iudicium fecerunt, quod praestantissimorum latinitatis auctorum urbanitatem elegantemque verborum delectum nimis respicientes eum comparaverunt cum scriptoribus, qui spreta oratione auctorum optimae latinitatis Romae vere in eam inciderunt consuetudinem, quae ipsi Apuleio obicitur. sed valde ego dubito num elocutio scriptoris alicuius, qui in provincia doctrina puerili institutus in provincia libros composuit, conferri possit cum studiis hominum, qui Romae scripserunt, etiamsi in his non deerant, qui ex provinciis in caput imperii transmigraverant. namque Romae, ubi literae tot gradus et quasi processus percurserant ad summamque perfectionem iam pervenerant, priscae orationis imitatio praeter linguae naturam revocata arteque corrupta erat. sane hoc apud omnes assolet evenire, ut aetati

---

<sup>1)</sup> p. 762: um den gelesensten der letztgenannten schriftsteller, Apuleius, beispielsweise herauszugreifen, so findet Draeger wahrhaft unverschämte graecismen in demselben, die wie seine archaismen darauf berechnet sein sollen, den abgestumpften gaumen der lesewelt unter den Antoninen zu kitzeln. weit entfernt dem Apuleius in beiden beziehungen eine gewisse masslosigkeit absprechen zu wollen, glaube ich doch, dass der geruegte fehler weit eher im gebiet der tropen und figuren zu suchen ist. fachschriftsteller wie der arzt Caelius Aurelianus und der theologe Tertullianus, denen es doch wohl um rhetorische effecthascherei nicht zu thun ist, zeigen in beiden stuecken die ganz gleichen erscheinungen. und wie oft gemahnen die alten uebersetzungen der bibel und des Irenaeus an Plautus und die archaische literatur ueberhaupt.

praestantissimorum scriptorum et ingenii fecunditate et praecipuo genere dicendi insignium succedant tempora, quibus homines quae ipsi assequi non possunt fastidire soleant atque ad exempla priorum se applicare malint, cum et facilius haec imitentur et ipsi novum quoddam literarum genus proferre videantur. sed Romae praeter communem hanc omnium artium sortem complures aliae causae efficacissimae erant ad statum literarum prorsus mutandum. nam quantopere post eversam rei publicae libertatem ipsa orationis quoque libertate intercepta librorum scriptio apud Romanos impedita sit, quemadmodum literarum universa condicio immutata cum omnia novarentur, decantatum est atque inter omnes satis constat. ad hoc damnosissimae imperatorum libidines mox ne ab literis quidem scribendique studio poterant arceri; denique urbanum cultum literarum aetate Caesarea etiam ab hominibus provincialibus incommodo affectum esse iure dixeris. ac primo quidem p. Chr. n. saeculo prisorum scriptorum studia Romae cessabant et in oblivione iacebant<sup>1)</sup>, cum plurimi antiquam orationem aspernarentur quod esset incompta et horrida, imprimis Seneca philosophus, qui ob eam ipsam rem Gellii, Frontonis asseclae veteribus admirandis addicti, in Noctibus Atticis 12, 2 acrem suscepit reprehensionem. et quod neminem fugit Antoninorum tempore provinciales homines antiquitatis studiorum Romae praecipuos fuisse cultores, idem iam argenteae quam dicunt latinitatis tempore usu venisse luculentissimum docet Valerii Probi exemplum. secundo vero p. Chr. n. saeculo vetustissimorum scriptorum cultus provincialiumque hominum operaे mirum quantum proficiebant Romae cum imperatoris Hadriani studiis excitarentur et foverentur. atque vulgo quidem haec studia perverso de veterum praestantia iudicio tribuuntur, sed ego praeter talem opinionem, quam antiquariis illis non denegaverim, aliam quandam causam eorum consuetudini subfuisse puto. namque vetustatem illi non videntur recoluisse propterea, ut literarum depravationem removerent vel retardarent (cf. Kretschm. l. c. p. 3), sed in eis omnibus necessitatem in rationem versam esse dixerim, vel ut Hieronymi verbis usus magis perspicue eloquar id quod sentio: de necessitate virtutem ab eis factam esse suspicor. non quod eos omnes literis latinis parum eruditos fuisse putem, cum sine dubio etiam meliorum scriptorum libros cognovissent,

---

<sup>1)</sup> Petron. 88 Suet. gramm. 24.

sed perversum iudicium de optimis latinitatis auctoribus illi faciebant propterea, quod severius dicendi genus elegantiae Ciceroniana neque apud alios revocare neque ipsi assequi poterant. imperator Hadrianus, cuiusvis generis laudis homo cupidissimus, etiam ad literarum studium animum advertit. sed optimo iure Bernhardyus l. c. sic de eo iudicavit: „erst im kaiserlichen amt begann er das versaeumte latein aufzunehmen (Spart. Hadr. 1, 3). was dabei herauskam sagen die denkwuerdigen worte: amavit praeterea genus vestutum dicendi sq.“ namque fieri non potuit, ut Hadrianus tam diversis studiis distentus et curis, natura atque indole homo varius ac levis, brevi tempore in studio literarum ad praestantissimos scriptores accederet eosque imitaretur. itaque minime mirandum est, quod eos potissimum libros sibi exquisivit ad legendum, quorum oratio incultior propius accederet ad sermonem vulgarem. Ciceroni igitur Catonem, Vergilio Ennium, Sallustio Caelium praetulit (Spart. Hadr. 16, 1). ex quo autem imperator dictionis genus prisco colore infucatum quasi praescribere videbatur, celeriter multi exstiterunt, qui tanquam magistrum eum sectantes similia recinerent. inter eos princeps habetur M. Cornelius Fronto, cuius culpa, utpote qui Afer esset atque aequalis fere Apulei, maxime accidit, ut ipse Apuleius in eandem consuetudinem venisse putetur, propter quam ille Romae homo doctissimus iudicique nimium quantum elegantis habebatur. qui cum ei contigisset, ut iam sub imperatore Hadriano honoribus et opibus ornaretur, consuetudinem illam vetustatis captandae, quae tum maxime placebat, eo efficacius iuvit. facili autem opera singularem in eo genere doctrinae locum provinciales Romae obtinebant, cum in provinciis etiam tum vetustiores scriptores in scholis tractarentur.<sup>1)</sup> attamen ipse Fronto de se testatur (ep. 2, 4 p. 54) duorum et viginti annorum aetate vixdum quidquam veterum lectionum se addidicisse. quam difficultatem verborum haud scio an mecum ita velis expedire, ne cum reliquis pugnent, quae de literarum studiis hominum provincialium tradita accepimus, ut Frontonem iam puerum Romam transmigravisse atque ibi eruditum esse putas. sed tum vel minus cum Apuleio comparari potest veterumque imitationem apud eum prorsus artificiosam fuisse manifesto apparent. sin vero in provincia eum literis instructum esse putas, eodem modo aestimandus est, quo

---

<sup>1)</sup> cf. p. 12 sq.

reliqui provinciales velut C. Sulpicius Apollinaris Carthaginensis Antonius Julianus Hispanus alii, quorum opera studia atque imitatio priscorum Romae tum in dies magis crescebant. namque illi veterum lectiones, quas in provincia inchoaverant, Romae quoque persequebantur, nec vero cum eadem simplicitate qua domi, sed in capite imperii, ubi literae iam tot gradus et quasi processus percurrerant, in vitiosam consuetudinem degeneravit studium priscorum, cum homines illi, qui praestantiam dictionis meliorum scriptorum assequi non possent, eam furo eruditio, quae longe repetita novitatis quodammodo gratiam habere videbatur, compensarent. neque enim contenti erant vocabulis, quae eis prompta erant atque expedita, sed libros vetustissimos perscrutabantur venantes voces miras atque insolitas hominibus urbanis et in hoc studio ipsi se iactabant, cum consuetudo illa imperatoris Hadriani summis auspiciis quasi sancita ipsis Romanis iam non videretur esse aspernanda. huius vero ostentationis apud Apuleium, quem in provincia libros scripsisse semper teneas, ne vestigium quidem comparet ullum, qui si ipse secutus esset hoc studium, ut obsoletis vocibus orationem coloraret ratione eadem qua Fronto et Gellius, sine dubio id indicavisset sicut illi, praesertim cum de novis vocabulis a se inventis aperte glorietur.<sup>1)</sup> itaque Frontonis scripta et Gelli Noctes Atticae, quae putida mole locorum ex vetustissimis scriptoribus romanis petitorum redundant, non impetu et instinctu nec ore uno fluunt, at contra libri Apulei expedita et profluenti verborum celeritate, qua eminent imprimis apologia et metamorphoses, legentium animos iucundius movent. antiquitatis igitur recolendae studium ea quam Fronto et Gellius sequebantur ratione Apuleio imputanda esse non videtur.

Nonnulla vero vocabula, quae Apuleius usurpavit, Quintiliani vel grammatici alicuius latini testimonio obsoleta perhibentur, veluti Quintilianus 1, 6, 40 vocem *prosapia* oblitteratam fuisse dicit. idem vocabulum ab Apuleio saepius adhibitum

---

<sup>1)</sup> cf. de mag. 38: pauca etiam de latinis scriptis meis ad eandem peritiam (sc. rerum naturalium) pertinentibus legi iubebo, in quibus animadvertes cum res cognitu novas tum nomina etiam Romanis inusitata et in hodiernum quod sciama infecta. ea tamen nomina labore meo et studio ita de græcis provenire, ut tamen latina moneta percussa sint cet.

Erdmannus<sup>1)</sup> in syllogen verborum eorum, quae ex priscis scriptoribus Apuleium repetivisse contendit, retulit omnium primum. sed Quintiliano<sup>2)</sup> et si qui alii anxxii custodes sermonis erant, qui grammaticam linguae latinae rationem diligenter observabant literasque Romae docebant, de talibus vocibus aliter iudicandum erat atque scriptori Afro, qui vocabula popularibus usitata non tantum non respuat, sed ea manifesto captet vernaculumque orationis colorem libenter amplectatur. ceterum satis multa exstant testimonia, unde elucet illud vocabulum etiam in literis saepius adhibitum esse. nam praeter Apuleium Tertullianus Cyprianus Arnobius interpres Irenaei eo sunt usi, idem comparat apud Suetonium Justinum Ammianum Marcellinum Ambrosium sive Hegesippum, exstat etiam in inscriptone quadam<sup>3)</sup> aetatis Caesareae, ut liquidum sit vocem illam vetustissimis poetis cognitam, ab scriptoribus tamen praestantioribus repudiatam, tempore Apulei non fuisse exoletam. immo nunquam desiit esse in usu sed etiamnunc viget in linguis novellis romanensibus, quae a vulgari sermone latino qualis extrema aetate erat originem duxerunt, minime vero ex oblitteratis vetustissimorum scriptorum romanorum libris. itaque ego quidem nihil video cur Apuleius putandus sit hoc vocabulum (similisque ratio observari potest in plurimis aliis) a priscis scriptoribus transtulisse in metamorphoseon libros ab intelligentia populari non remotos, in quibus ipse fatetur sermonem se usurpare vulgarem.

Haec porro causa exstare videtur cur Apuleius exoleta vocabula nimis adamavisse putetur, quod thesauri latinitatis, quos nunc habemus, minime sunt perfecti. in cognoscendo sermone scriptorum eorum, qui pro norma adhibendi sunt in aestimando delectu vocabulorum Apulei, potissimum Afrorum, homines docti parum hucusque collocaverunt operae. at contra vetustiores scriptores latini multo diligentius sunt examinati, quamquam ne illi quidem in cognoscendis linguae fatis sunt omittendi. multi igitur, qui de Apuleio iudicium fecerunt, spreto labore reliquos illos scriptores diligentur adeundi thesauros tantum latinitatis

<sup>1)</sup> cf. etiam Cavallini de L. Apuleio, scriptore latino, adversaria. Lundae 1857 p. 29.

<sup>2)</sup> in condemnandis talibus verbis Quintilianus nimius erat, ut nonnulla ipsi Ciceroni usitata tanquam ex ultimae vetustatis tenebris repetita adhiberi vetaret, sicut oppido, reor, aerumna, alia; cf. Cavallin. l. c. p. 37.

<sup>3)</sup> locos omnes vide p. 35.

inspexisse videntur, satis inde se discere posse rati quam late vocabuli alicuius usus pateret. eam vero rationem repudiandam esse si scriptoris alicuius, praesertim aevi posterioris, sermonem accuratius examinare velis, unusquisque et suapte sponte agnoscet et facile ex multis exemplis colliget, quae ad vocabula Apuleiana, de quibus quaestio est, afferam, quamquam ipse non omnes libros legi, ex quibus fructum aliquem colligere potuissem ad orationem Apulei rectius aestimandam.

Iam igitur nos paulo aliter atque vulgo fit de Apuleio existimatur in examinanda eius dictione pro norma adhibeamus reliquos scriptores Afros, qui non Romae, sed in Africa libros scripserunt et si qui alii simili ratione nonnunquam ad plebis sermonem descenderunt. namque ita, puto, elucebit Apulei vocabulorum supellectilem, in qua congerenda antiquissimos tantopere expilavisse eum contendunt, a verborum copia, quae comparat in veterima illa interpretatione literarum sacrarum, in scriptis Tertulliani<sup>1)</sup>, Cypriani, in vetusta versione latina librorum Irenaei, apud omnes eos, qui ex vulgari sermone multa in scriptiōnem transtulerunt, non adeo abhorrere. quos quidem scriptores librorumque sacrorum versionem illam philologi p̄ae iis, qui sunt principes literarum latinarum auctores vel aspernati sunt, vel si qui eorum nuper in cognoscendis illis emendandisque operam collocaverunt certe non contenderunt obsoleta eos arripuisse vocabula, ut eis quasi pigmento quodam orationis more Frontoniano lectorum animos allicerent. vetusta verba, quae apud scriptores Afros exstant omnia colligere non est huius loci, etsi multum inde proficiamus ad orationem Afrorum rectius aestimandam. sed tamen facere non possum, quin saltem pauca hic proferam ex iis, quae animadverti cum libros illorum percurri, quod attinet ad veterem illam versionem latinam literarum sacrarum, quam in Africa scriptam esse eadem fere, qua Apuleius

---

<sup>1)</sup> cf. Ebertus in histor. univ. literar. med. aev. vol. I p. 35: vor allem Tertullian nimmt seine ausdrücke aus dem ganzen gebiet der umgangssprache, welches ja das der römischen volkssprache unmittelbar berührte, so dass der geniale autor ein oder das andere mal auch nicht verschmäht tiefer in dieses hinabzugreifen: da allein können sich aber die eigentlichen afrikanismen finden, die nur sehr schwer auszuscheiden sein möchten; das was man gewöhnlich so nennt sind fast durchaus eigentümlichkeiten der römischen umgangs- und volkssprache überhaupt, wie zur genüge die romanischen sprachen zeigen cet.

vixit aetate, plerique videntur consentire<sup>1)</sup>), quibus curae erat ubi et quando illa esset confecta, satis habeo repetivisse testimonia Ottii, qui l. c. p. 762 dicit: und wie oft gemahnen die alten uebersetzungen der bibel und des Irenaeus an Plautus und die archaische literatur ueberhaupt et Roenschii, qui archaismos quos vocant ex Itala afferens ita monet<sup>2)</sup>: die hier angefuehrten wenigen archaismen sind, da ja fast jede seite des buches deren viele aufweist, nur als nachtrag zu betrachten. ut specimen aliquod afferam ex libris Tertulliani, cum expresse contenderit Kretschmannus l. c. p. 2 sermonem eius ab antiquitate esse alienatum, haec propono: amasius Plaut. Cas. 3, 1, 13 et apud Diom. p. 334 P. Tert. apol. 3, blatre Plaut. Amph. 2, 1, 79 Tert. de pall. 2, botulus Laber. apud Gell. 17, 7 qui hoc vocabulum obsoletum dicit et maculans ex sordidiore vulgi usu, Petron. 49 Tert. apol. 9 ieun. 1, ital. budello, induviae Plaut. Men. 1, 3, 9 Tert. pall. 4, patagium Naev. tr. 48 (Ribb.) Apul. met. 2, 9 Tert. pall. 3 (cf. Festus p. 221 Non. Marc. p. 540), runcare Cato r. r. 2 Varro r. r. 1, 30 Tert. pall. 2 August. civ. dei 4, 8 ital. arroncare (vocabulum agreste). rupex Lucil. apud Fest. p. 329 Muell. s. v. squarrosus Tert. pall. 4, solox Titin. apud Fest. p. 301 Tert. pall. 4, sterquilinium Plaut. Pers. 3, 3, 3 Cato r. r. 2 Varro r. r. 1, 13 Tert. de anima 32, subverbustus Plaut. apud Fest. p. 309 Tert. pall. 4, ex scriptis Cypriani, qui omnium minime fucum orationis sectatur, exempli gratia refero acceptor (pro accipiter) Lucil. apud Charis. 1, p. 76 P. Cypr. ep. 60, 2. cancer gen. neutr. Claud. Quadrig. apud Prisc. 6 p. 232 Hertz. (p. 697 P.) Cypr. sent. episc. 10 et in ep. 43, 5.

<sup>1)</sup> imprimis nominandi sunt Roenschius et Ottius. contra Ottium disseruit Zieglerus in libris quibus inscripsit: Italafragmente der Paulini-schen briefe nebst bruchstuecken einer vorhieronymianischen uebersetzung des ersten Johannesbriefes. Marburgi 1876 et: die lateinischen bibelueber-setzungen vor Hieronymus und die Itala des Augustinus. Monach. 1879. quaestio illa nondum est absoluta. utut res se habet, versio, vel si mavis, versiones illae vetustae literarum sacrarum plurimum valent ad inter-noscendum utrum vocabulum aliquod exoletum fuerit an usitatum in con-suetudine vulgi, cum negari nequeat admodum multas voces vulgares eas servavisse atque in his ipsis nec non in aliis rebus cum scribendi ratione Afrorum mirum in modum convenire.

<sup>2)</sup> Itala und Vulgata. das sprachidom der urchristlichen Itala und der katholischen Vulgata unter beruecksichtigung der roemischen volks-sprache. Marburgi 1875 p. 236.

faventia Acc. apud Non. p. 205 Cypr. ep. 37, 1, fortassis Plaut. Bacch. 4, 4, 20 Cypr. ep. 4, 3; 31, 1, susum Cato r. r. 157, 15 Cypr. ad Demetr. 16 aliis locis (auctorem sequor Guilelmum Hartel) Lact. de mort. persec. 19, 14, apud alios sunt alia, quorum rationem habebimus in altera parte commentationis, unde appareat vetusta vocabula sermoni Afrorum fuisse usitata ac propria. namque similia etiam in libris Arnobii<sup>1)</sup> inveniuntur, similia apud Caelium Aurelianum, quamquam inopia verborum eius dictio laborat, nonnunquam apud Augustinum aliosque, idquod exemplis comprobabitur, quae suo loco afferemus. iudicium igitur de elocutione Apuleiana faciendum est ita, ut in comparationem vocemus scriptores, quos modo nominavimus, minime vero eos, quos Romae non solum libros suos obsoletis vocibus studiose exornavisse verum etiam in disputationibus ea captavisse certissimum est.

Sed ne in hunc errorem inducamur, ut Apuleium prisca vocabula consulto usurpavisse prorsus negemus, quali institutione ac disciplina ille usus sit videamus antequam libros scribere vel in publico orationes habere coepisset. in Africa igitur universam sermonis latini condicionem longe aliam fuisse quam Romae iam in limine quasi commentationis adumbravimus. itaque etiam studia literarum apud provinciales aliquanto diversa fuisse a disciplina scriptorum romanorum iure conicias. cum enim veterum

---

<sup>1)</sup> aevitas (pro aetas) 2, 22; 5, 8, caldor 2, 21, catus 1, 28; 5, 26, cernuuus 7, 41 et 44, clurinus 3, 16, dator 2, 65, differitas 5, 36, aliis locis (Lucr.), duellis (= hostis) 1, 16, edentulus 3, 14, gnaruris 3, 22, maximitas 6, 18 (Lucr.), ollus (= ille) 5, 26 in carmine, paua 5, 9, pellacia 5, 21 saepius, potis esse semel et vicies (cf. Reiffersch. p. 938), volup est 7, 34 alia. sed Arnobium haec ex parte priscorum imitandorum causa scripsisse fidem tibi faciant quae in sequenti pagina adnot. 1 de scriptore invenies. atque ne Lactantius quidem, Arnobii discipulus sed Christianorum ille Cicero, ab libris suis talia prorsus relegavit; verbi causa memoro alimonia inst. 7, 4, 7, participare aliquem (pro participem facere) inst. 5, 6, 1, quamquam hoc est lectionis dubiae, torum (pro torus) inst. 6, 23, 15, susum mort. pers. 19, 4. cum vetustiore hac forma vocabuli conferas quae Fleckeisenus in actis XX congregat. philol. Frankfort. 1861 (1863) p. 178 dicit: und was gerade das speciell angefuehrte beispiel limetes statt limites betrifft, so liefert dies einen recht sprechenden beleg fuer die auch sonst nachweisbare tatsache, dass eigentümlichkeiten der aeltesten latinitaet im volksmunde und im provincialen latein sich noch jahrhunderte lang lebendig erhalten haben, nachdem sie aus der schriftsprache laengst geschwunden waren.

scriptorum dictio cum oratione provincialium horridula vetustatemque redolenti quodammodo concordaret cumque tempore eodem, quo in Africa literae effluerunt, optimae latinitatis exempla obliterata essent, apud Afros vetustiorum scriptorum romanorum memoriam praeter scriptores graecos viguisse suspiceris. quamquam testimonia, quibus opinio haec confirmetur, suppeditant prope nulla. unus Suetonii locus (gramm. 24) nobis subvenit, ubi de Probo sic traditum est : „legerat in provincia quosdam veteres libellos apud grammaticam, durante adhuc ibi veterum memoria necdum omnino abolita sicut Romae“. bono autem periculo haec etiam in Afros valere contendas, praesertim cum apud eos praeципue vetustiores scriptores romani commemoretur.<sup>1)</sup> praeterea Arnobii 1, 59 verba „in similibus vitiis vos quoque versamini (sc. ut trivialis sermonis voces ad scribendum adhibeatis) quamvis Epicados omnes, Caesellios Verrios Scauros teneatis et Nisos“ consimile quid indicant. hoc igitur studium scriptorum antiquorum simplex atque orationi provincialium congruens ipse Apuleius in Africa amplexus est priusquam in Graeciam migraret. Athenis vero Hadriani et Antoninorum tempore sophistae recentiores variis disciplinis, imprimis arte oratoria studiosos instruebant. in qua exercenda hanc observabant rationem, ut argumenta declamationum ex veterum Graecorum rebus praedclare gestis

<sup>1)</sup> ipsa priscorum scriptorum verba ab Apuleio afferuntur horum: Plauti ddeo Socr. 11 flor. 2, 18 Ennii ddeo Socr. 2 bis ibid. 5 de mundo 33 de mag. 39 Catonis de mundo 14 Terentii ddeo Socr. 20 Accii ddeo Socr. 23 incerti tragici flor. 18 Afranii de mag. 12 Lucilii ddeo Socr. prol. et flor. 21 Laevii (?) de mag. 30 Varronis de mag. 43 Lucretii ddeo Socr. 1 et 10. his adde imperatorem Hadrianum de mag. 11. praeterea nominantur Caecilius Statius de mag. 5 Valerius Aedituus de mag. 9 Porcius Lentinus ibid. Q. Lutatius Catulus ibid. Cato de mag. 95 C. Gracchus ibid. Sallustius ibid. Nigidius de mag. 42 Ticidas de mag. 10 Calvus de mag. 95. Tertullianus locos sicut scriptos inventit vetustiorum refert horum: Pacuvii de pall. 3 Laberii de pall. 1 Lucretii de anima 5. praeter hos laudat Ennium adv. Valent. 7 de anima 33 Catonem ad nat. 1, 10 aliis locis, Accium adv. Valent. 12. — Arnobium in libris adversus nationes ad priscorum scriptorum elocutionem saepenumero se applicavisse Reifferscheidius docuit p. 10 indicis scholar. Vratislav. hieme a. MDCCCLXXVII—LXXVIII habitarum. Lactantius Plauti verba citat inst. 5, 12; 6, 11 Ennii inst. 1, 11; 1, 13; 1, 14; 1, 15; 1, 18; 5, 1 alias, Terentii inst. 3, 4; 3, 18; 5, 9; 7, 2; 7, 27 Lucilii inst. 1, 22; 4, 3; 5, 9; 5, 14; 6, 5; 6, 6; 6, 18 epit. 22, Lucretii inst. 1, 16; 1, 21; 3, 27, de ira 8, 10 multis aliis locis, Sallustii inst. 2, 12; 3, 29.

peterent, vel ut singulorum hominum facta vel dicta magnifica celebrarent, regiones amoenas vel artificiosa opera depingerent vel aliud quid laudarent, quod visum esset laude dignum. ex tempore saepe disserentes tumidam orationem antiquis locutionibus<sup>1)</sup> veterumque poetarum versibus plus minus commode infucabant vocumque collocatione artificiosa distinguebant, ut universum hoc eloquentiae genus in ostentationem compositum fuisse manifesto appareat. nonnulli per singulas urbes vagantes cum erat occasio magnificis illis declamationibus eximiae eloquentiae laudem quaerebant. horum morem secutum esse Apuleium in genere dicendi demonstrativo ex floridorum reliquiis satis patet. tali igitur institutione ille usus est antequam Athenas relinquenter, ut in reliqua Graecia et in Asia peregrinaretur. in Africam inde rediens ad caput imperii romani devertit.

Hoc loco iam non erit alienum ad sententiam eorum aggre-di, qui Romae demum Apuleium linguam latinam didicisse atque propterea in usu vocabulorum — namque hunc ipsum spectavit Lütjohannus l. c. — certas quasdam leges secutum esse affirmant. quae quidem sententia ipsius Apulei auctoritate niti vide-tur, cum in principio metamorphoseon haec ille referat: „Hymettos Attica et Isthmos Ephyrea et Taenaros Spartiaca, glebae felices aeternum libris felicioribus conditae, mea vetus prosapia est. ibi linguam Attidem primis pueritiae stipendiis merui, mox in urbe Latia advena studiorum Quiritium indigenam sermonem aerumnabili labore nullo magistro praeeunte aggressus excolui.“ sed haec dicta Apuleius tribuit Graeculo cuidam Lucio, rerum quae in fabula tractantur primo quasi actori, et cum in extremo metamorphoseon libro scriptor Lucii illius personam induat quodammodo, ipsa quae modo attuli verba ad Apuleium putant omnia esse referenda. haec vero ficta esse plurimi viri docti iam pridem intellexerunt. Barthius quidem (advers. lib. 46 c. 26 med.) dicit Apuleium splendide mentitum esse in prooemio sui operis de lingua difficulti aerumnoseque a se percepta cum

<sup>1)</sup> cf. Lucianus rhetor. praecept. c. 9; 10; 16; imprimis c. 17, ubi sic eos irridet: μετὰ δὲ ἀπόδημα καὶ ξένα ὄγματα καὶ σπανιάκις εἰσημένα ὑπὸ τῶν πάλαι, καὶ ταῦτα ξυμφορήσας ἀποτόξενε προσχειριζόμενος πρὸς τοὺς ὄμιλούντας. οὕτω γάρ σε ὁ λεως ὁ πολὺς ἀποβλέψοντας καὶ θαυματὸν ὑποληψοντας καὶ τὴν παιδείαν ὑπὲρ αὐτούς εἰ ἀποστηγγίσασθαι μὲν τὸ ἀποξύσασθαι λέγοι τις, τὸ δὲ ἡλικιανήρεσθαι εἰληθερεσθαι, τὸν ἀξέραβωνα δὲ προνόμιον, τὸν ὅρθρον δὲ ἀκρονεγές. ἐνιοτε δὲ καὶ αὐτὸς ποιει κανά καὶ ἀλλόκοτα ὀνόματα sq.

affectet semipoeticum dictionis genus. idem fere visum est Ouden-dorpio Bosschae Hildebrandio (p. XIX edit. major.) recentioresque literarum latinarum historiae scriptores hanc rem omnino non respexerunt, sine dubio quod exploratam eam atque confectam putabant. itaque eo notabilior mihi visa et in quam inquirerem, cum paucis abhinc annis Lütjohannus l. c. pravam repeteret Buhlii<sup>1)</sup> opinionem ortam ex falsa interpretatione loci illius Apuleiani, quem supra posui. namque non solum necessitas nulla est, qua cogamur verba illa ad Apuleium referre, sed opinio ipsa argumentis everti potest firmissimis. certissimum enim est Apuleium natum esse Madauris, in oppido Africae, patre Romano satis nobili — ipsum nomen indicat Apeleium genitum esse parentibus romanis, — qui in colonia illa romana homo notabilis cunctis honoribus functus erat (cf. de mag. 24). Itaque vel hinc pro certo fere affirmari potest linguam latinam Apuleio iam puero fuisse usitatam. bono enim periculo ea, quae Schuchardtius<sup>2)</sup> de imperatore Severo eiusque sorore contendit: es laesst sich wohl denken, dass eingeborene Africaner das latein nicht lernten, aber nicht, dass in Africa angesessene Roemer dasselbe verlernten, etiam ad Apulei parentes eumque ipsum possunt referri. neque dubitari potest, quin Apuleius adulescens Carthagine ingenuis artibus eruditus sit, cum ipse saepius idem testetur sicut flor. 18: „hanc ego vobis mercedem Carthaginenses ubique gentium dependo pro disciplinis, quas in pueritia sum apud vos adeptus. ubique enim me vestrae civitatis alumnus fero cet.“ item pro certo est accipendum Carthagine nec non in aliis urbibus Africae linguam latinam tum fuisse usitatissimam. ipse enim Apuleius paucis annis postquam Carthaginem reliquit ut Athenis studio sapientiae vacaret, ex Graecia reversus apud Carthaginenses cum graecas habebat orationes tum latinas. namque in eodem capite floridorum dicit: „et secta

<sup>1)</sup> cf. Ersch. et Gruber. encyclop. s. v. Apuleius. Erdmannus quid de Apuleio senserit cum l. c. p. 4 scriberet „atque profecto multa sunt, in quibus dicendum erit Apuleium latinae linguae proprietatem nondum satis perceperisse ideoque errasse tum in eligendis tum in componendis vocabulis“ plane perspicere equidem non possum. quod vero ipse Woelflinus quoque in eodem errore versatur, ut putet Apuleium graeculum linguam latinam aegre didicisse (cf. Philologi vol. 34 (1876) p. 145), haud scio an iure mireris.

<sup>2)</sup> vocalismus des vulgaerlateins, I p. 98.

licet Athenis Atticis confirmata tamen hic inchoata et vox mea ultraque lingua iam vestris auribus ante proximum sexennium probe cognita“. latissime utique sermonis latini usus in Africa tum patebat, cum vulgus Afrorum eodem tempore latina interpretatione literarum sacrarum egeret et cum scriptores Afri Apuleio aetate vel aequales vel paulo inferiores prope omnes sscriberent latine. immo fortasse in ipso oppido, in quo Apuleius natus est, iam tum literae latinae docebantur; certe Augustini tempore liberalium artium studiis satis illud nobile erat. namque conf. 2, 3, 5 haec apud eum scripta leguntur: „Madauris, in qua vicina urbe iam cooperam literarum atque oratoriae percipiendae gratia peregrinari“. denique inscriptiones latina confectae lingua in illa parte Africae inventae sunt plurimae. quin adeo tum florebant in Africa literarum latinarum studia, ut ex illo tempore Afri in ipsa urbe Roma literarum quasi principatum obtinerent. cum igitur constet Madauris, utpote in colonia romana (cf. de mag. 24) sermonem latinum fuisse usitatum, cum parentes Apulei fuerint originis romanae, cum denique nequeat dubitari, quin Carthagine, ubi Apuleius educatione doctrinaque puerili liberaliter institutus est latinarum literarum studia florerint, vix licet suspicari Romae demum sermonem latinum eum didicisse. an potuit ille palam vitio vertere privigno quod latine loqui non posset (de mag. 98), si paucissimis ipse annis ante non in Africa sed in Italia hanc linguam didicisset?

Sed immerito homines docti putare videntur ad sermonem Apulei excolendum aut certe immutandum magni momenti fuisse spatium temporis, per quod Romae ille sit versatus. anno enim circiter 125 p. Chr. natus quinque fere et viginti annorum iuvenis Pudentillam viduam in matrimonium duxit. ita ratiocinatus est Teuffelius<sup>1)</sup> neque est cur cum eo dissentiamus. constat autem Apuleium priusquam Pudentillam uxorem duceret vel Oeae vel aliis locis Africae degisse tres annos continuos.<sup>2)</sup> praeterea munere se functum esse dicit in patria urbe de mag. 24.<sup>3)</sup> quod

<sup>1)</sup> gesch. der roem. literat. <sup>3</sup> p. 854.

<sup>2)</sup> de mag. 55, „sed abhinc ferme triennium est quod primis diebus, quibus Oeam veneram sq.“

<sup>3)</sup> „in qua urbe patrem habui loco principem duumviralem cunctis honeribus perfunctum, cuius ego locum in illa republica exinde ut partcipare curiam coepi nequaquam degener pari spero honore et existimatione tueor.“

munus utrum administraverit antequam Oeam venisset, ut Hildebrandio l. c. p. XXII placuit, an sub ipsum tempus, quo uxori ducendae operam dabat an paulo post, non multum refert. iam vero si quinque et viginti fere annos natus uxorem duxit triennioque ante Oeam venit, et si viginti annorum adulescentem Athenas eum reliquisse statuimus, duo restant anni, quod tempus peregrinationibus trivisse putandus est. quibus si annum vel aliquanto plus consumptum esse velis pro eis, quae tum erant proficisciendi difficultatibus et cum naturae speculator ille et venator omnibus quae mira erant diutius singulis locis detineretur, decem fere restant menses, quibus Romae eum versatum esse faciamus. ibi vero non videtur multum operaee consumpsisse, ut sermonem latinum aut disceret aut orationem suam diligenter emendaret, sed qua erat cupiditate res mirificas cognoscendi in hac quoque urbe id sedulo annitebatur, ut sacris variis, imprimis Aegyptiacorum numinum (cf. met. 11, 6) initiaretur, quamquam furore illo fanatico pecunia, quam ex peregrinatione reliquam habebat, per callidos sacerdotes est absumpta. quapropter omnibus opibus destitutus per pauculum tempus causis agendis quaestum faciebat. hac tamen re nihil efficitur nisi ut manifesto appareat sermonem latinum iam pridem ei fuisse usitatum.

Cum vero eodem tempore quo Apuleius Romae versabatur Frontonis secta vel maxime videatur floruisse, facile quispiam suspicetur Apuleium familiaritate antiquarium illorum usum per hos ipsos in eandem quam illi sequebantur rationem vetustatis ostentandae esse adductum. sed etiam hanc opinionem vanam dixerim. Apuleius enim non modo natura atque inde tam diversus erat ab ingenio Frontonis, ut paucos illos menses, per quos Romae versabatur, aliis rebus impendere mallet, sed ne poterat quidem sectae illi se addicere. nam proximi familiaresque Frontonis, qui non ita longe antea consul fuisset variisque honoribus ornaretur, qui imperatores adolescentes instrueret, omnes vel fortuna vel genere nobiles erant (cf. Gell. 19, 10) grandemque sine dubio pecuniam ille a discipulis exigebat, cum divitissimum eum factum esse vel inde appareat, quod villam Maecenatis emere poterat. atque etiam reliqui provinciales Frontonisque familiares nobilissimos tantum divitissimosque discipulos habuisse videntur, cum quibus Baiis (Gell. 18, 5, 1) vel Neapoli (ibid. 9, 5, 1) vel in aliis regionibus amoenis tempus aestivum tererent vel Romae epularentur (Gell. 19, 9, 2). Apuleio vero, qui imminuta

hereditate longa peregrinatione et diutinis studiis (cf. de mag. 22 et 23) Romam se venisse dicit admodum pauperem (met. 11, 27 et 28) neque cum Frontone neque cum reliquis eiusdem familiae hominibus se coniungere licuit, neque omnino id ille appetebat. nam quae flor. 17 ipse de se praedicat: „ita semper ab ineunte aevo bonas artes sedulo colui eamque existimationem morum ac studiorum cum in provincia nostra tum etiam Romae penes amicos tuos (proconsulem Africae alloquitur, qui declamationi intererat) quaesisse me tute ipse locupletissimus testis es cet.“ haec probabiliter non interpretabimur nisi ita, ut ad forenses orationes ea referamus, quibus Apuleium Romae aliquamdiu victum sibi paravisse comperimus. sed ille verbis, quae modo commemoravimus, non tam Carthaginiensium admirationem colligere quam proconsuli se commendare voluit, cum aliis locis prima illa in publico disserendi rudimenta silentio praetereat quamvis omnem quamcunque potest occasionem captet de se gloriandi. quam multum enim ipse tribuerit studiis, quibus Romae eum vacavisse putant, alio floridorum loco (18) aperitur, ubi Carthaginienses laudans haec ille dicit: „ita mihi et patria in concilio Africæ, id est vestro, et pueritia apud vos et magistri vos et secta licet Athenis Atticis confirmata, tamen hic inchoata est et vox mea cet.“ Romae, cui apud proconsulem tam multum tribuere visus est, ut vel Athenas omittaret, hoc loco mentio fit prorsus nulla. neque id temere vel fortuito factum esse dixeris sed propterea, quod Carthaginienses in colendis artibus liberalibus Romanorum iam aemuli<sup>1)</sup> sua quaedam instituta observabant, etsi in his se cum Romanis discrepare non ignorabant. relicta igitur brevi tempore Roma cum in Africam revertisset Apuleius, provincialium sermonem atque usum

<sup>1)</sup> cf. Iuvenal. 7, 148. summis quibus poterat laudibus Apuleius ob eam rem Carthaginienses effert ita (flor. 20): quae autem maior laus aut certior quam Carthagini benedicere, ubi tota civitas eruditissimi estis, penes quos omnem disciplinam pueri discunt, iuvenes ostentant, senes docent? Carthago provinciae nostræ magistra venerabilis, Carthago Africae Musa coelistis, Carthago Camena togatorum. cf. etiam Vopisc. Saturn. 10, 4, Salvian. gub. dei 7, 67: Carthaginem dico et urbi Romae maxime adversariam et in Africano orbe quasi Romam. quae mihi ideo in exemplum ac testimonium sola sufficit, quia universa penitus quibus in toto mundo disciplina rei publicae vel procuratur vel regitur in se habuit. illic enim omnia officiorum publicorum instrumenta, illic artium liberalium scolæ, illic philosophorum disciplinae, cuncta denique vel linguarum gymnasia vel morum.

vocabulorum respiciens exstitit ille scriptor prorsus Afer. ipse enim apud Afros hac sese effert praedicatione (flor. 19): „quis enim vestrum mihi unum soloecismum ignoverit? quis vel unam literam barbare pronunciatam donaverit? quis incondita verba et vitiosa temere quasi delirantibus oborientia permiserit blaterare?“ sed cum his verbis multa repugnare videantur in scriptis Apulei, non deerant qui putarent<sup>1)</sup> miram consuetudinem orationem vocabulis ceteroquin oblitteratis artificiose exornandi et quasi colorandi Afris communem fuisse omnibus omnesque eos adeo deliravisse, ut inepta illa dictione inter sese oblectarent. quamquam hoc quidem satis constat Afros non ignoravisse proprio quodam sermone se uti a Romanis paulo diverso (cf. Roensch. p. 7 et 8, Schuchardt l. c. I p. 98). maxime autem ea re provincialium oratio discrepabat ab urbana, quod non erat ab omni parte aequa emenda sed proprius accedebat ad dicendi morem cotidianum, qui vel longiore tempore minus solet immutari.<sup>2)</sup>

Quamquam igitur ex studiis, quibus Apuleius adulescentulus et Carthagine et Athenis deditus erat, recte nobis videmur ratiocinari in scriptione eius non deesse vocabula, quae consulto ille repetiverit ab antiquis, tamen plurima, quae pro obsoletis haberi possunt dedita opera a priscis eum deprompsisse, ut insuetis mirisque vocibus lectores vel auditores oblectaret, perseveranter negabimus. atque normam certis quibusdam terminis circumscriptam, quam ad elocutionem Apuleianam adhibeas de

<sup>1)</sup> cf. Koziolius l. c. p. 2: der ausdruck ist . . . voll entlegener weithergeholtter worte aufgeputzt mit katachresen und soloecismen, neologismen und archaismen. dass dies nicht blos eigenthümlichkeit einzelner autoren ist, sondern aus dem geiste und der geschmackerichtung der damaligen zeit hervorgegangen und allgemein ueblich war, beweisen unter anderem die worte des Apuleius flor. 1, 9 quis enim vestrum sq. contra ea Draegerus l. c. p. XVII dicit: gluecklicherweise ist dieser unfug ohne die geringste nachwirkung geblieben . . . und auch die kirchenvaeter haben sich frei davon erhalten. ab recto uterque aliquantum aberravit.

<sup>2)</sup> Arnob. adv. nat. 1, 58 de interpretatione latina librorum sacrorum, quam ab homine plane indocto confectam esse haud quisquam contenderit, haec dicit: „trivialis et sordidus sermo est“ et 59 „barbarismis soloecismis obsitae sunt, inquit, res vestrae et vitiorum deformitate pollutae . . . et tamen o isti, qui pollutas res nostras vitiorum criminamini foeditate, stribilgines et vos istas libris illis in maximis admirabilibusque non habetis? . . . aut igitur . . . frustra nos dicitis soloecismorum obscenitate deformes, aut in similibus vitiis vos quoque versamini quamvis Epicados omnes cet.“

prisorum verborum usu inquirens, haud facile invenias. imprimis respicienda erit consuetudo similis reliquorum Afrorum, qui antiquitatis specie orationem non exornabant. duae sunt voces in libris de philosophia, quas ipse Apuleius ab usu veterum Romanorum se repetere dicit sed ita, ut appareat eum laboravisse, quo verbo in re proposita commode atque proprie uteretur.<sup>1)</sup> unus locus est ddeo Socr. c. 15: „est et secundo significatu species daemonum animus humanus emeritis stipendiis vitae corpori suo abiurans. hunc vetere latina lingua reperio Lemurum [nomine (Lütjoh.)] dictitatum. ex hisce ergo Lemuribus sq.“ alter legitur in priore ddgm. Plat. libro c. 11 „deorum trinas nuncupat species, quarum est prima . . . aliud genus est, quod astra habent ceteraque numina, quos caelicolas nominamus, tertium habent, quos medioximos Romani veteres appellant, quod est sq.“ in paucis aliis iure haesitabis, sicut met. 2, 23 verba: „vides hominem perspicaciorem Lynceo vel Argo et oculum totum“ spectare videntur ad Plaut. Aulul. 3, 6, 19:

quos si Argus servet, qui oculeus totus fuit.

porro valde mireris de imperativi opperimino (met. 1, 22) formatione, quae neque in titulis neque in libris aetate Caesarea confectis uspiam invenitur sed tantum in monumentis linguae latinae vetustioris.<sup>2)</sup> Protagora nominativo casu Apuleius scripsit flor. 18 (Kruegerus falso edidit Protagoras), quae forma in memoriam statim revocat cum antiquorum consuetudinem (cf. Buecheler declinat. lat.<sup>2</sup> § 42) tum Frontonianum illud Pythagora in ep. ad. Ver. 1, 1 p. 114 Nab. neque dubitari potest quin Apuleius non ignoraverit talem formam fuisse obliteratam, quamquam graecae terminations ab Afri saepius reddebantur latinis.<sup>3)</sup> sed plura nolim hoc loco praeoccupare; quae inter prisca perhibentur reliqua paulo infra recensemus.

Atque his iam expositis quod consilium vel quam rationem Apuleius in singulis libris componendis secutus sit paucis illustremus. nam si priscis vocabulis scripta sua refercire voluisset, ut vel subtilem doctrinam vel exquisitum quoddam iudicium

<sup>1)</sup> ob eam ipsam rem in cap. eodem paulo ante vocabulum usurpat graecum atque pergit: eum nostra lingua, ut ego interpretor sq.

<sup>2)</sup> Plaut. Epid. 5, 2, 30 arbitramino, Pseud. 2, 3, 70 progredimino, Cato r. r. 141 famino, Corp. inscript. lat. I, 199 p. 72 fruimino.

<sup>3)</sup> cf. Ottius l. c. p. 787; ex inscriptione Africae exempli gratia refero Epaphra (*Ἐπαφρᾶς*) collato indice Hoffmanni p. 74.

ostentaret sicut Fronto et Gellius, profecto eam proposuisset in libris, quos hominibus scripsit doctioribus. hi enim soli et sensissent, quid sibi ille voluisse, et doctrinam talem recte aestimare potuissent. sed ut magis ab eis temperavit in libris qui sunt de philosophia, ita contra in fabula de asino aureo, quam ab hominibus vel plurimis lectitari volebat lectumque iri sciebat, usurpavit admodum multa. quod vero in scriptis ab ostentatione sophistica atque ab humilis vitae sordibus aequem remotis, quae lectoribus gravioribus doctioribusque confecit de philosophia, vocabula trita in communi more loquendi, abiecta tamen ut sordida ab scriptoribus melioribus non plane depositus, id propterea factum est, quod scriptor ille Afer a consuetudine dicendi scribendique provincialium prorsus discedere noluit ac fortasse ne potuit quidem. neque aliter compositos fuisse reliquos eius libros variam doctrinam continentes suspicari licet, cum etiam apud alios Afros, qui cascae vetustatis artificiosum operosumque colorem non captant, sicut apud scriptores ecclesiasticos et si qui disciplinam aliquam vel artem docent exili dictionis genere evidentique penuria verborum velut Caelius Aurelianus, saepius vocabula inveniantur eadem, similia certe multa. namque verborum usus in literis diversis temporibus in singulis partibus imperii diversus erat.<sup>1)</sup> quae Romae in sermone elegantiore prisca poterant dici atque obsoleta, haec ab scriptoribus Afris ut trita municipalibus nulla dubitatione civitate quasi donabantur neque apud eos exoleta sunt dicenda, sed lectorum, quibus destinata erant, indoli atque usui sane convenientia. quod igitur Apuleius in libris reliquis, praesertim quos scripsit ut tererentur manibus hominum vel plurimorum, vocabula quae prisca solent dici satis multa usurpavit, id iam non videatur esse mirum. atque ne oratio quidem illa, quam pro se scripsit de magia plane eis caret, etsi negari non potest eam urbanitate quadam esse quasi coloratam. quam ipsam urbanitatem nimis admirati nonnulli perperam putaverunt Apuleium vocabula antiqua vel vulgaria ab hac oratione relegavisse atque a quavis artis iactatione abstinuisse.<sup>2)</sup> namque Apuleius

<sup>1)</sup> Cic. Brut. 46, 171, Schuchardt. l. c. I p. 34; cf. etiam Hor. ars poet. 70 sq.

<sup>2)</sup> Cavallin. l. c. p. 12 sq.; contra ea pauca haec respici iubeo: dividia c. 28, facetia 56, fugela 98, gumia 57, in honestamentum 3, interfeminium 34, lurco 57, maccus 81, mendicabulum 22, ossum 49, capularis 66, illex 31, morigerus 14, perpes 73, postremissimus 89, propudosus 75, vulgarius 12,

severiore dictionis genere in apologia usus est propterea, quod apud proconsulem romanum sua causa ei agenda erat, minime vero homines otiosi facetiis scurrilibus dicteriisque tabernariis, quae saepius habes in fabula de asino aureo, oblectandi.

Cum floridorum reliquiae et oratio de des Socratis medium quandam obtineant locum inter apologiam et metamorphoses cumque de his quid sentiremus iam p. 14 iniecerimus, praetermissis eis ad fabulam de asino aureo transeamus. metamorphoseon igitur libros, qui singularem quandam inter scripta Apulei obtinent locum populariter compositos esse<sup>1)</sup> sed ita, ut vulgaris orationis speciem ludens adhiberet scriptor, non est difficile intellectu. eloquentiae bracteas spumamque verborum modum transire, ut vel taedium nostrum moveant, negari non potest. sed de hac re securus esse poterat Apuleius, cum artificiis omnibus acceptissimis, simodo sententias non obscuraret, popularem benevolentiam se collecturum sciret. talia enim Afris<sup>2)</sup> haud dubie non minus grata erant quam Italis. antitheses igitur elegantes, vocum concentum homoeoteleutis assonantia figuris etymologicis aliis artibus effectum, quae elegantiae iudicique expoliti specimen habebantur omnibusque placebant, scriptor cumulate impendit. hunc vero leporem, vel si mavis fucum, in libris Apulei non esse nativum sed ab institutione oratoria profectum Kretschmanno (p. 16) iure concesseris; minus placet, quod idem alterum fontem

---

demutare (significatione neutr.) 16, dilapidare 75, dispudet 63, exdorsare 42, expurgitus 43 alia. in eodem libro multa lusit artificiose veluti c. 51 „in puer et muliere caducis vanas et prorsus caducas calumnias“. c. 62 „lignum a me toto oppido et quidem oppido quae situm“ c. 63 „en vobis quem scelectus ille sceletum nominabat“, c. 102 „o grave beneficium dicam an ingratum beneficium.“

<sup>1)</sup> uberiorius quam alii in hanc sententiam nuperrime exposuit Henricus Becker in priore parte libelli cui inscripsit „studia Apuleiana“ (Berol. 1879). sed idem ille cum de particularum orationis usu Apuleiano commentaretur aliorum Afrorum consuetudinis rationem habuit prope nullam. rarissime Arnobium memorat, reliquorum scriptorum, quos in Africa libros confecisse scimus, nusquam fit mentio.

<sup>2)</sup> quantopere Afri talia adamaverint vel ex titulis latinis in Africa repertis cognosci potest, quamquam inscriptiones admodum tenui ac sicca oratione componi solebant. pompaes speciositatisque multa exempla in illis esse Hoffmanus docet p. 145 Indicis grammatici ad Africae provinciarum Tripolitanae Byzacene Proconsularis titulos latinos (Argentorat. 1878). exempli gratia inde refero: „civitatum statum adque ornatum liberalitate clementiae suae augenti.“

horum artificiorum genus dicendi veterum comicorum esse voluit. atque reliqui quidem scriptores Afri calamistris illis Apuleianis orationem non inurebant, propterea videlicet, quod prorsus alias res tractabant et a fabulis Milesiis et a declamationibus in ostentationem compositis, quales sunt floridorum reliquiae, longius remotas. sed ne apud hos quidem desunt, quae non tam mero casu provenisse quam ab institutione rhetorum provincialium fluxisse videantur.<sup>1)</sup> in vocabulis vero elegendis Apuleio observandae erant voces tritae, cum hominibus cuiusvis condicione fabulam scriberet.<sup>2)</sup> erant sane qui opinarentur<sup>3)</sup> solum risum legentium captavisse Apuleium vocibus exoletis, sed quis tandem ridendus erat, Apuleius qui adeo deliraret, ut in fabulis tales ineptias proponerent lectoribus tam variae sortis, an fortasse ipsi lectores se derisisse putandi sunt, quod avide legerent quae non intellegent? quamquam non ignoro extare Quintiliani 8, 2, 18 testimonium fuisse Romae homines moribus tam perversis, ut abstrusae dialecticorum sententiae obscuraeque explicationes oratoriae eo magis eis placerent, quo minus eas intellegent. sed de municipibus — namque ab his ipsis legebantur metamorphoseon libri — aliter iudicandum est atque de hominibus fastidiosis hebetibusque, qui in capite imperii romani falsam affectantes doctrinam ea ut potiora sectabantur, quae propter obscuritatem quandam maiorem doctrinae prae se ferre videbantur speciem. cum his vero Apulei fabularum narratio non est comparanda. captabat ille risum oratione festire composita iocisque fabulae belle insertis, minime vero eximia prisci sermonis doctrina vocatione prosus exoletarum venditatione atque

<sup>1)</sup> exempla sufficient duo: Tert. de pall. 5 ego, inquit, . . . canales non odoro cancellos non adoro, subsellia non contundo, iura non conturbo. Cypr. de laps. 6: in feminis forma fucata, adulterati . . . oculi capilli colorati . . . non iurare tantum temere sed adhuc pejerare praepositos superbo tumore contemnere.

<sup>2)</sup> quae Goldbacherus in ephem. gymnas. austr. 1880 p. 608 dicit in metamorphoseon libris pro miris quae narrantur rebus ipsam elocutionem insolitam magicisque rebus convenientem speciem induisse tum aliis artibus, quae Apuleius adhibuerit, tum obsoletorum vocabulorum usu, ne ipse amplectar me impedit eorundem illorum vocabulorum usus apud alios scriptores Afros, qui nihil miri fabulantur. in meritis igitur vocabulis nec magici quidquam est nec sane mirabile, quamquam frequentiore eorum numero orationem Apulei iure dixeris evadere insolentiores.

<sup>3)</sup> Cavallin l. c. p. 29.

ostentatione. itaque sic potius sentiamus Apuleium vocabula illa improbata ad fabulam scribendam non conquisivisse magno labore ex libris oblivione obrutis, sed eum plurima tantum non repudiavisse, cum trita essent in consuetudine cotidiana. optimo iure idem fere iudicavit Pauckerus<sup>1)</sup> de vocabulis, quae apud scriptores historiae Augustae, „subagrestia illa ingenia nullis fere vetustatis lectionibus expolita“ pro obsoletis haberi possint: „haec tamen in ore vulgi tunc oblitterata fuisse omnia et ab istis resuscitata nullus equidem assero“. ad vulgi sermonem descendere Apuleium ex ipsius verbis appareat, quae in initio metamorphoseon posita iam supra memoravi. quin verba illa ad aestimandam dictionem, quae in metamorphoseon libris usurpatur, gravissimi sint momenti, dubitari non potest. nam sive ad Apuleium referuntur etiam reliqua, quae Lucius de origine sua dicit, sive persona eius ficta putatur vel potius ex graeca fabula, quam Apuleius sequitur, desumpta: quae de sermone suo ille addidit, prae ceteris verba „en ecce praefamur veniam sq.“ haud dubie spectant ad eum dicendi morem, quo metamorphoseon libri ab Apuleio sunt conscripti. Lucium igitur illum Graeculum „nullo magistro praeeunte“ (met. 1, 1) didicisse se linguam latinam dicentem facit. vulgaribus verbis consuetudinis cotidiana eum uti leviter significat. et cum divinaret Apuleius libros illos extra angustos patriae fines divulgatum iri, veniam precatur „siquid exotici ac forensis sermonis ruditis locutor offenderit“. Afrorum scribendi consuetudinem, qui multa exempla sermonis trivialis exhibent quamvis affectent speciem orationis artificiosam his quasi velamentis obtegere voluisse prudenterque rem ita instituisse videtur, ut in ipso initio fabulae cum alium de se verba facientem induceret, de suo ipsius sermone verbis illius veniam rogaret. namque universa quidem orationis forma in libris illis artem prae se fert atque eruditionem, vocabulorum vero usus saepissime convenit et hominibus, quos scriptor loquentes facit, et rebus, quas narrat, cum infimas haud raro redoleant sordes. ac ne obliviousatur lector qualem orationis supellectilem Apuleius sibi elegerit usurpandam Lucius itineris comitem sic alloquitur (met. 1, 8): „oro te, inquam, aulaeum tragicum dimoveto et siparium scenium complicato et cedo verbis

---

<sup>1)</sup> de latinitate scriptorum historiae Augustae meletemata. Dorpati 1870 p. 117.

communibus“. facile autem fieri potuit, ut prisca haberentur atque exoleta quae sermonis erant cotidiani, cum communis loquendi mos vetusta retineret multa, quae in dictione elegantiore vitabantur; etenim haec ipsa est causa cur Apuleius praे ceteris veterum comicorum poetarum thesaurum vocabulorum quasi expilasse putetur. vulgarem igitur dicendi consuetudinem, quae et comicorum et Apulei orationis fons erat aliquatenus communis si diligentius respexissent homines docti, de Apuleio iudicium fecissent rectius.

Restat, ut ad ipsa vocabula aggrediamur, quae omnes ei, qui de elocutione Apuleiana in universum iudicium fecerunt, tacite pro obsoletis habere poterant, cum priscae orationis colorem eum affectavisse censerent, vel quae Erdmannus Kretschmannus Koziolius alii scriptorem ab ultimis et iam oblitteratis temporibus repetivisse magis minusve definite contenderunt. vocabula igitur illa aut primitiva sunt, quae si fuissent oblivione obruta a paucissimis iisque casca vetustate eruditis intellecta essent, aut formatione tantum suffixorum vel praefixorum notabilia, ab usu vero meliorum scriptorum aliena. sed maxime in his cavendum est, ne temere arbitremur formam aliquam fuisse exoletam. nam praeterquam quod apud alios scriptores extremae latinitatis voces saepius reperiuntur eadem, formationes similes apud eos sunt tam multae, ut equidem non dubitaverim contendere quae non essent in usu sermonis vulgaris haud raro ipsos finxisse exemplis vetustis non respectis. deminutiva, quae obsoleta haberi poterant, omittemus, cum vel ex linguarum romanensium consuetudine satis constet ad varios animi affectus exprimendos in sermone latino vulgari usum eorum fuisse frequentissimum, ut ab ipsis deminutivis nova deminutiva formarentur. praeterea Ottii testimonio (l. c. p. 789) de iis uti licet, qui Koziolium nimiam copiam harum formarum apud Apuleium ut fucum ineptum ridiculumque vituperantem impugnat ac dicit in Itala deminutivorum usum pro ambitu librorum eundem fere esse atque in scriptis Apulei. genera autem vocabulorum, quae in numero exoletorum haberi solent apud scriptorem statuimus tria: primum eorum, quae propter ipsam formationem significationemque vulgaria fuisse iure dixeris, vel quibus etiam alii auctores latinitatis deterioris usi sunt, ut oblitterata ea fuisse non videantur. his deinceps alia adiungemus, spreta quidem illa ab reliquis scriptoribus aetatis Caesareae, sed quae vel in sermone communi

usitata fuisse vel ab scriptore ingenioso facile denuo formata esse qualemcumque fidem nobis facit magnus numerus aliorum vocabulorum aetate illa in modum similem formatorum, nisi forte putas Apuleium propter eam ipsam formam multis aliis similem libentius haec repetivisse ab usu priscorum. extremo denique loco enumerabimus, quae nobis ipsis aetate Apulei exoleta fuisse videntur. omnibus autem iam pauca praemittimus, quae de Apuleiana scriptione exponentibus silentio erant praetereunda, sive quod auctoribus vel optimae latinitatis usitata erant, ut nihil sit cur in eis offendas, sive quod omnino non sunt Apuleiana falsoque nostro solent tribui, scilicet haec: *iniurius* Apul. met. 11 6 (cf. Kretschmann. p. 54), Plaut. Pers. 3, 3, 4, Ter. Andr. 2, 3, 4, Cic. de off. 3, 23, 89; Sidon. ep. 1, 11 *periniurius. volaticus* met. 5, 31; 8, 16 (Plaut. Poen. 2, 27 significatione vocabuli alatus positum dicunt, quam notionem Koziolius p. 310 loco Apuleiano met. 8, 16 tribuit, sed non recte<sup>1)</sup>), Cic. de harusp. resp. 2, 2 ad Att. 13, 25 sub fin. Tert. paenit. 11 ad uxor. 1, 4 de pall. 6, August. conf. 5, 25; 7, 8 in psalm. 32 serm. 2, 15 et in psalm. 36 serm. 1, 4; ital. *volatico. firmiter* met. 1, 22, saepius (cf. Erdmann. p. 15) Plaut. Epid. 1, 1, 86, Pseud. 3, 2, 111, Afran. 12, Caes. bell. Gall. 4, 26, Cic. rep. 1, § 69, Vitr. 5, 12, 3; 10, 4, 2, Suet. Vitell. 14, Amm. 21, 2, 2, infirmiter Arnob. 7, 45. *humanitus de mag.* 100 (Erdm. p. 15) Ter. Heaut. 1, 1, 47, Cass. Hem. et Afran. apud Non. 11 p. 514, Cic. phil. 1, 4, 10, Plin. n. h. 10, 63 (83), 174, Tert. adv. Marc. 3, 9; 5, 4; Apulei locus simillimus est Ciceroniano, Erdmannus Ciceronis orationem, quam laudat, haud dubie ipse non inspexit. *ingratis* (invito animo) met. 1, 26 (Erdm. p. 14), Plaut. Curc. 1, 1, 6, Merc. 2, 4, 11 (apud *comicos ingratiis*), Cornel. Them. 44, Cic. Verr. 4, 9, 19, Tert. apol. 4, 27 et 48 adv. Hermog. 19 adv. Valent. 26 aliis locis, Lact. inst. 2, 10 extr. *oppido* teste Quintiliano 8, 3, 25 obsoletum Apuleius habet met. 2, 12 de mag. 52 Plaut. Amph. 1, 1, 143, Mil. 3, 1, 40, Ter. Heaut. 4, 2,

<sup>1)</sup> Koziolium erravisse si totum legeris locum facile intelliges; verba Apulei sunt haec, „sed illa pernitas non erat alacritatis meae sed formidinis indicium. denique mecum ipse reputabam Pegasum inclutum illum metu magis volaticum“ (id est pernicem, velocem) „fuisse ac per hoc merito pinnatum“ (huic recte tribuisset notionem vocabuli alatus, cf. met. 3, 22 extr.; 4, 30; 11, 8 sub fin.) „proditum dum in altum et adusque caelum subsilit ac resultat formidans scilicet igniferae morsum Chimaerae.“

2, Cic. de orat. 2, 64, 259, ad fam. 14, 4, de fin. 3, 10, 33, Liv. 42, 28, Tert. pall. 3, Vulg. genes. 19, 3; 25, 30, Sidon. ep. 8, 11, Amm. 14, 6, 1. *inibi* (Becker. l. c. p. 35) met. 6, 18; 8, 23, aliis locis, Pacuv. 205, Caecil. 188, Afran. 208, Cic. phil. 14, 2, 5, agr. 1, 7, 20, inscript. Africae 2172 et 2173 Renieri. *ductare* de mag. 82 (Erdm. p. 15), Plaut. Most. 3, 2, 160, Enn. tr. 295, Sall. apud Quintil. 8, 3, 44, Tac. hist. 2, 100. *proterrere* met. 4, 18, Plaut. Trin. 3, 2, 77, Ter. Heaut. 3, 1, 37, Cic. de rep. 1, 3, 5 in Caec. 9, 24; 11, 31; 13, 37, Caes. b. G. 5, 58, Stat. Theb. 2, 645 (Erdm. p. 18 *Plautinum verbum esse dicit*). *revenire* met. 7, 13; 9, 25; de mag. 28 („vox Plautina potissimum, sed semel etiam Cic. de orat. 1, 38, 175“ Kretschm. p. 85), Plaut. Trin. 1, 2, 119, Cic. de orat. 1, 38, 175; 1, 40, 181; 1, 40, 182, Tac. ann. 2, 24; 4, 74, Iul. Valer. 1, 7, Dict. Cret. 1, 20; 2, 27, Prud. apoth. 1064. — *advector* Erdm. inter prisca vocabula enumerat p. 17 ex Apul. flor. 21 *Plautique memorat Asin.* 2, 3, 92 (an 2, 92?), quamquam neutro loco haec vox invenitur; apud Apuleium legendum est ac vector, quae verba integra (sic enim est in codd.) iure recepit Kruegerus. *compectio* Apul. de mag. 91 inventum Hildebrandii ab Erdmanno p. 13 inter „vetustioris linguae specimina (sic!)“ relatum est cum Hildebr. compactus et compactus veterum fuisse diceret eaque re conjecturam stabilire conaretur; codd. exhibent ‚coniectionem‘, Kruegerus scripsit ‚coniunctionem‘. *piacular* ddeo Scr. 3 teste Erdmanno (locos non attulit) eodem sensu atque *μίασμα* usitatum erat Plauto Ennio Fabio Pictori Livio Tacito. at contra Lütjohannus recte monuit in editione libri de deo Socratis p. 32 hoc substantivum in lingua latina omnino non exstare; Apuleianus ille locus nondum expeditus est. *querquerum* de mag. 35 Plaut. Lucil. (teste Erdm. p. 13). sed et apud Plautum et apud Lucilium (p. 136 v. 35 et 37 ed. Muell.) (febris) querquera legitur, idem exstat apud Arnob. 1, 48; optimo igitur iure Kruegerus Casauboni correctionem in textum recepit. *fors fuat an* de mag. 92 „prorsus casca formula recentissimis (Front. Auson Symmach.) non inusitata“ Kretschm. p. 106. sed quod recentissimis ea usitata erat in numero exoletorum non est habenda. atque non modo tota formula, vetusta quidem, oblivione tamen non obruta saepius usurpabatur, verum etiam ipsum verbum quod antiquitatem exprimit. namque ‚fors fuat an‘ est apud Symm. ep. 1, 21; 1, 39; 2, 3; 3, 6; 4, 28; 4, 29 Sidon. ep. 2, 2 fors fuat ut apud Auson. ep. 16 prooem. Symm. ep. 2, 7. fors fuat

habet Sidon. ep. 2, 2; fuam notandum est ex Verg. Aen. 10, 108, Iul. Valer.<sup>1)</sup> 3, 65; 3, 71, Itin. A. M. 110, Auson. lud. VII sap. Bias 9, Mart. Cap. 3 § 262; 4 § 327 in carmine. quamquam hac testimoniorum enumeratione non est opus, cum de mag. 92 secundum cod. Laurentianum F omnium longe praestantissimum, vel potius omnium originem, legendum sit fors fuerit an, idquod Kretschmannum fugisse miror, cum Kruegeri editionem apologiae ipse laudet p. 58.

1. Iam igitur substantiva recensituri initium faciamus a frequenti usu nominum abstractorum, quorum numerus ab scriptoribus labentis latinitatis mirum in modum auctus est, cum et facile defigurarentur a verbis adiectivisque et lingua latina vere eis egeret. primae declinationis substantivorum huc pertinent quae in —(t)ura et in (t)ela cadunt. terminatione (t)ura (sura) formata vocabula cum apud alios scriptores Caesareae aetatis tum apud Afros inveniuntur multa; nonnulla ex his ipsis iam antiquioribus usitata erant. in Itala vel Vulgata<sup>2)</sup> sunt: alligatura genes. 42, 35 num. 19, 15, Ies. 1, 6, apertura Amos 4, 3 (haec etiam apud alios leguntur), assatura Sam. 2, 6, 19, capillatura (Tert. cult. fem. 2, 7), comedura Matth. 6, 19 et 20, consparsura num. 15, 19, Marc. 16, 15, delatura Sirac. 26, 6; 38, 17 (Tert. adv. Marc. 5, 18 sub fin.), fixura Ioann. 20, 25, incastratura exod. 26, 17; 36, 22, inmissura Luc. 5, 36, metatura Ierem. 8, 8 multa alia. a Tertulliano speciminis gratia repeto farsura adv. Valent. 27 (Varro l. l. 5 p. 32 Bip., Colum. 8, 6 extr.), fervura scorp. 5, inscriptura adv. Valent. 30, laesura adv. Marc. 2, 10, piscatura adv. Marc. 4, 8, praeparatura adv. Marc. 4, 13, de anima 43; apud Caelium Aurelianum leguntur colatura chron. 5, 3, 55, divisura chron. 2, 12, 146, inductura acut. 3, 17, 148, pertusura chron. 5, 1, 17 alia. vetustioris linguae specimen Erdmanno visum est (p. 13) vocabulum cursura Apul. ddeo Socr. 23, Plaut. Asin. 2, 2, 61, Most. 4, 1, 5, Varro r. r. 2, 7 p. 189 Bip., idem exstat apud Amm. 24, 2, 8. —(t)ela captatela Tert. pall. 5, peccatela Tert. de anima 40. Itala: loquela Matth. 26, 73, Ioann. 4, 42, Plaut. Cist. 4, 2, 75, Verg. Aen. 5, 842, Tert. ad nat. 1, 8, medela Ies. 26, 19 (Tert. res. carn. 31), Cael. Aurel. chron. 2, 13, 177;

<sup>1)</sup> Iulii Valerii editione usus sum quam curavit A. Mai Francforti 1818 cum Itinerario Alexandri.

<sup>2)</sup> Italac et Vulgatae locos ex auctoritate Roenschii memoro.

3, 7, 91; 3, 8, 148, fovela de anima 7, monela de pat. 8; de carne Chr. 20 sequela. Apulei huc pertinent omissis eis, in quibus nemo offendit: *cautela* met. 2, 6, Plaut. Mil. 3, 1, 6, Min. Fel. 7, 6, Iul. Valer. 3, 40, ars anonyma Bernensis in anecdt. Hageni p. 69; Salvian. gub. 6, 55 incautela; ital. cautela. *suadela* met. 8, 19; 8, 25, Plaut. Cist. 2, 3, 24, Hor. ep. 1, 6, 38 Suadela, Itala Ies. 58, 9, Iren. 5, 1, 1, Pontius in vita Cypriani c. 3, Porphyrio schol. ad Hor. ep. 16, 23, Prudent. hamart. 715, quaest. gramm. cod. Bernensis in anecdt. Helv. Hageni p. 175, gloss. Cyrilli *πειθώ* suadella. *turbela* met. 3, 29; 4, 20; 7, 1, Plaut. Pseud. 1, 1, 108, Itala Marc. 13, 8, Aug. civ. dei 8, 17 bis; 10, 27, Gaudent. Brix. serm. 19.

Tertiae declinationis substantivorum plurima inveniuntur extrema literarum latinarum aetate in —*tio* desinentia a verbis derivata. alia sunt denominativa qualitatis ab adiectivis inclinamento —*tas* vel —*tudo* formata. etiam haec cotidiani sermonis consuetudini commoda erant saepeque in ea formabantur, cum in oratione elegantiore notio eorum plerumque pluribus verbis exprimeretur aut substantiva pro eis ponerentur eiusdem originis, sed aliter cadentia. namque marcescentis latinitatis temporibus terminaciones vocabulorum maxime variabantur, ut vel complures formae eiusdem vocabuli essent in usu<sup>1)</sup>), sicut apud Apuleium legimus crassitas de mund. 17, crassitudo de mag. 51, crassities (immutata paulum significatione) met. 7, 5. substantivorum in —*tio* exeuntium usum illustrant exempla quae collegit Roenschius p. 69 sq. *redintegratio* de mund. 23 Ter. apud Serv. ad Verg. georg. 2, 14, Tert. adv. Marc. 4, 10 de res. carn. 47; 57, Cypr. ep. 45, 1; 11, 8, Arnob. 7, 45, Iren. 1, 10, 1, Macrobius sat. 1, 11, 5; ital. reintegrazione. —*tas*. Itala: cavositas Levit. 14, 37 (Tert. pudic. 20), circuitas Ezech. 48, 30, dolositas psalm. 49, 19, longiturnitas Baruch 3, 14, nugacitas sap. 4, 12, opimitas Sach. 4, 14, Plaut. Asin. 2, 2, 16, Tert. de anima 20. Tert.: accessibilitas adv. Prax. 15 callositas ad nat. 2, 1, individuitas adv. Prax. 22, de anima 51, infructuositas de res. carn. 33, lanositas de pall. 3, naturalitas de anima 16, novellitas de anima 28 adv. Prax. 2, passivitas de res. carn. 48, postremitas de anima 53,

---

<sup>1)</sup> cf. gramm. apud Maium tom. V p. 9 „immo haec addimus quod tres vel quatuor declinationes plerisque nominibus eveniunt sicut est laetitia laetities laetamen“.

religiositas apol. 25 ad nat. 2, 17, temporalitas de pall. 1 multa alia. *medietas* Apul. met. 2, 4, ddeo Scr. 9 de mund. 16 Plaut. (?) Itala exod. 26, 12, Lact. opif. 10, 19, Iren. 1, 1, 9 et 12, alii (cf. Koziol. p. 310). *disparilitas* ddgm. Plat. 2, 4, Varro l. l. 2, 10 extr. Gell. 7, 3, 47 epil. 3, Chalcid. comment. in Tim. Plat. 102, August. civ. dei 5, 4; 5, 5; 11, 10, Macrobius sat. praef. § 3, Claud. Mamert. stat. animae 1, 27 (parilitas Apul. met. 2, 10, Gell. 14, 3, 8, Tert. res. carn. 48). *solitas* met. 9, 18, Acc. tr. 354 Tert. adv. Valent. 37.

Substantivorum in —*tus* quartae declinationis desinentium copiam ab scriptoribus extremae latinitatis admodum auctam esse vel ex hix paucis perspiciatur exemplis Italae: accubitus Matth. 23, 6 (Stat. Theb. 1, 714), bimatus Matth. 2, 16, concubatus Luc. 21, 24 (Tert. res carn. 22), discubitus Matth. 23, 6, Marc. 12, 39, Luc. 11, 43, datus Sirac. 18, 8, Plaut. Trin. 5, 2, 16), ducatus Matth. 15, 14, Suet. Tib. 19, Apul. met. 7, 9, incolatus Petr. 1, 1, 17, Tert. apol. 22, municipatus ad Phil. 3, 20 (Tert. adv. Marc. 5, 20), obauditus Iob 42, 5 (Aug. civ. dei 22, 29), obductus Sirac. 25, 20, plicatus Petr. 1, 3, 3, profluxus Luc. 8, 43, scribatus Ierem. 52, 25. Tertulliani sunt: antistatus adv. Valent. 13, defunctus adv. Valent. 26, detentus ibid. 32, detrac-tatus de spect. 3, digestus de anima 10, obventus ibid. 4, offensus adv. Marc. 4, 39, postumatus adv. Valent. 34, praegnatus de carne Chr. 1, recidivatus de res. carn. 1, recognitus de pall. 6, refor-matus adv. Valent. 13, secundatus de anima 27. —*cibatus* Apul. met. 9, 5, Plaut. Mil. 2, 2, 69, Varro r. r. 2, 4 p. 177, Solin. 25, 7. *esus* flor. 2, Varro r. r. 1, 60, Tert. apol. 9, de anima 43, cult. fem. 1, 5, Arnob. 2, 23, Iul. Valer. 1, 29, Itin. A. M. 19, Sidon. ep. 8, 3, Claud. Mamert. stat. animae 1, 22. *petitus* met. 6, 7, ddgm. Plat. 1, 4, de mag. 48, Lucr. 3, 173, Cypr. ep. 64, 1, Dict. Cret. 4, 22, Hegesipp. 1, 40, inscript. in bullet. dell' instit. archeol. 1852 p. 182. *succussus* met. 3, 21, Pacuv. 257, Tert. de anima 49.

Etiam faciliori opera a verbis derivabantur substantiva in —*tor* (*trix*) terminata. itaque numerus eorum praeter modicum apud meliores scriptores usum in libris posteriorum est maximus. exempla colligere supersedeo, quae si quis desiderat multa habet apud Roenschium p. 55–63. *adventor* Apul. met. 1, 8; 10, 21, Plaut. Asin. 2, 2, 92, Truc. 1, 2, 2. „dicitur de eis, qui locum aliquem frequentant nulla habita ratione regionis aut loci

unde venerint. hinc de iis, qui cauponam aut meretricem aliquam adeunt“, (Barth.). similiter usurpatur in vita Sectae Afræ: „videns honestos viros existimans adventores impudicos paravit cenam“ (Ducang. s. v.); ital. avventore. *circumspectatrix* de mag. 76 Plaut. Aulul. 1, 1, 2; similia sunt apud scriptores ecclesiasticos plurima.

Fictio vocabulorum in —mentum desinentium scriptoribus Afris celebratissima erat magnopereque huius formationis, utpote quae ore proferenda esset pleniore, usus eis arrisisse videtur, cum scriptores romani pro nominibus in hunc modum figuratis plerumque substantiva ponerent eiusdem stirpis, sed aliter terminata, veluti haud raro illa usurpantur pro abstractis in —tio cadentibus (cf. Ott. l. c. p. 781). eius generis apud Apuleium priscum habetur *inhonestamentum* (Erdm. p. 13) de mag. 3 Gracch. apud Isid. 2, 21. *inhonestare* est apud Ov. trist. 4, 89, *inhonestas* Tert. adv. Iud. 14, *honestamentum* Arnob. 2, 48 extr. *dehonestamentum* Sall. apud Gell. 2, 27, 2, Tac. hist. 4, 13, Iustin. 28, 2, 8; sed iam Koziolius recte sensit (p. 310) hoc vocabulum fuisse vulgare.

—ium variae notionis et derivationis, cf. Roensch. p. 28 sq. *concupibum* Apul. met. 2, 25 „et nox proiecta et nox altior et dein concubia altiora et iam nox intempesta“. pluralis numerus huius vocabuli alias non comparet, singularem habet Plaut. Trin. 4, 2, 44; Serv. ad. Verg. Aen. 2, 268 Varronis canticum verbo concubium illustrat. *seminium* ddgm. Plat. 1, 16; 2, 26 Plaut. Mil. 4, 2, 68, Lucr. 3, 742, Varro r. r. 2, 1 p. 160, Tert. de praescript. haeret. 33; ital. seminio, quo vocabulo medici morbi originem significant. *interfeminium* de mag. 34 (Nov. 41 pluralem numerum usurpavit), scrpt. med. aev. apud Ducangium s. v.; vocabulum est obscenum.

Adiectiva nonnunquam omnes numeros substantivorum exceptent; exempla sufficient haec: *hibernum* (pro hiems) Min. Fel. 34, 11, Tert. adv. Marc. 1, 1 apol. 40, Cael. Aurel. chron. 3, 1, 2; *matutinum* Ital. psalm. 29, 6, *volatile* (pro avis) Ital. Matth. 6, 26, Luc. 9, 58; ital. *inverno* mattino volatile; *fontana* Vopisc. Carin. 16 fregall. fontaine, collina, iuncina, de quibus cf. Roensch. p. 472, Draeger. l. c. p. 36 sq., Ott. l. c. p. 783. *foetutina* Apul. de mag. 8, Valer. Prob. apud Gell. 13, 20, 1, Claud. Mamert. stat. animae 2, 9. *baxea* met. 2, 28, Plaut. Men. 2, 3, 48, Tert. de idol. 8, de pall. 4 (baxa).

Ex vulgari consuetudine desumpta, partim maledicta ex triviis abrepta, minime vero ex vetustissimis libris ad orationem docte exornandum repetita sunt *equiso* met. 7, 15, Varro apud Non. 2 p. 106, Valer. Max. 7, 3, 1 et 2, gloss. graec. lat. ἵππονόμος equiso. *lurco* met. 8, 25 de mag. 57, Plaut. Pers. 3, 3, 17, Suet. gramm. 15, ital. lurcone idem quod goloso. *verbero* met. 10, 7, Plaut. Capt. 3, 4, 19, Cas. 2, 6, 28, Cic. ad Att. 14, 6, 1. *frutex* (maledictum) de mag. 66, Plaut. Most. 1, 1, 12. similiter dicebant caudex, rupex, Tert. pall. 4 (Apul. flor. 7 rupico). *gumia* de mag. 57, cf. Paulus s. v. ingluvies (p. 112), hispan. gomia. *mendicabulum* met. 9, 4, flor. 18 de mag. 22, Plaut. Aulul. 4, 8, 3, Auson. perioch. Od. 18, Paulin. Nolan. carm. 24 p. 621 Migne.

Inter vitia consuetudinis cotidiana confusionem singularis et pluralis numeri referas. quam parum sibi in his constiterit sermo testimoniis comprobatur, quae Neue. formenlehre I p. 440 enumerat. ex inscriptionibus Africae exempla concessit Hoffmannus p. 144 indicis, quem supra laudavi. in Itala sunt inferus (ό φδης) apoc. 6, 8; 20, 13 et 14, insidia Os. 5, 1, sap. 14, 24 (Coripp. Iohannid. 4, 604), minacia Habac. 3, 12, primitia num. 18, 12, tenebra Matth. 6, 23, Ioann. 6, 17 (Apul. met. 5, 20, Lampr. Commod. 16, 12). *facetia* Apul. de mag. 56, Plaut. Stich. 5, 4, 47, Gell. 3, 3, 3, Cael. Aurel. chron. 1, 1, 21 ital. facezia lusit. facecia. *caula* met. 4, 6 (cf. Kretschm. p. 44/45), Koziolius p. 250 singularem numerum ab Apuleio novatum dicit; certe usus eius exemplum ante aetatem Apulei invenitur nullum. denique hoc eveniebat, ut mutato numero genus quoque mutaretur mira quadam terminationis analogia, sicut in vocibus castra, Itala exod. 32, 19, Hebr. 11, 34, Acc. apud Non. p. 200 acetabula exod. 25, 29 tribula paral. 1, 20, 3 (Vulg.) gaudia ital. gioia freqall. joie. huius usus exemplum unum est apud Apuleium *labia* pro labium met. 2, 24; 3, 24; 7, 3, Plaut. Stich. 5, 4, 41, Titin. com. 172, Pompon. 144; 156; 158, Nigid. apud Gell. 10, 4.

Nec magis substantiva propter compositionem notabilia ex priscis scriptoribus ostentationis causa ab Apuleio repetita dixerim, sed potius ex consuetudine vulgari deprompta, cuius imitandae probus ille est artifex. „terrae motus, non terrimotium“ docet Probus p. 198 Keil., unde apparet formationem illam fuisse vulgarem ac sordidam. Petronius in satira scripsit fulcidea 75, seripsapia 56, vesticontuberium 11; in Itala leguntur

circuminspector Sirac. 7, 12, duricordia deuteron. 10, 6 (Tert. adv. Marc. 5, 4), inaniloquium Tim. 2, 2, 16 (cum — loquium compositorum numerus erat magnus), longanimitas ad Coloss. 1, 10, turpilucrum ad Tim. 1, 3, 8, ad Tit. 1, 7; 1, 11, cf. Roensch. p. 220. *cordolium* Apul. met. 9, 21, Plaut. Poen. 1, 2, 89, ital. *cordoglio*, hispan. *cordojo*. *domuitio* met. 1, 7; 2, 31, Acc. tr. 173; cf. Cic. div. 1, 32, Dict. Cret. 1, 20: obviam itio Cic. ad. Att. 11, 6, 1; 13, 50, 3, *domusio* Petron. 46. — denique addenda sunt: *alimonia* Apul. met. 2, 3; 5, 18; *de mag.* 85, Plaut. Pers. 1, 2, 1, Itala Lev. 3, 16, Macc. 1, 13, 21; 1, 14, 10; 2, 12, 4, Tert. de anima 25, Arnob. 7, 16 et 42. Lact. inst. 7, 4, 7, Prud. cathem. 5, 19, psychom. 611, Vopisc. Prob. 15, 6, Iul. Valer. 1, 21; 26; 61; 62; 2, 16; 19, Sidon. ep. 6, 12. *prosapia* met. 1, 1; 10, 8, Plaut. Curc. 3, 23, Merc. 3, 4, 49, Cato orig. 1 frgm. 28 ed. Iordan. Sall. Iug. 87 extr. (Quintil. 1, 6, 40 exoletum fuisse dicit, cf. etiam Cic. Tim. frgm. de univ. 11), Suet. Galba 2, Iustin. 14, 6, 11, Tert. ad nat. 2, 12, Ps.-Cypr. de spect. 5, Arnob. 6, 6, Iren. 1, 1, 20, Capitol. Ver. 2, 1, Iul. Valer. 1, 66, Itin. A. M. 12, Amm. 23, 5, 19; 26, 7, 16; 29, 1, 43, Ambros. Noe et arca 4, Hegesipp. 1, 40 bis, Prud. perist. 10, 180, cathem. 11, 89, psychom. praef. 36, inscriptio aetatis Caesareae in bullet. dell' instit. archeol. 1855 p. 27, ital. et lusit. prosapia. *aulula* met. 5, 20, aula Plaut. Curc. 3, 26, Capt. 4, 2, 66, Itala psalm. 59, 10 (pro olla); de hoc vocabulo cf. Ott. l. c. p. 772. *arrabo* met. 1, 21, Plaut. Most. 3, 1, 111, Rud. prol. 46, Ter. Heaut. 3, 3, 42, teste Gellio 17, 2, 21 vocabulum vulgare ac sordidum, Itala ad Cor. 2, 5, 5, Tert. res. carn. 51 adv. Marc. 5, 12 adv. Hermog. 34, ital. arrabone. *hira* ddgm. Plat. 1, 15, Plaut. Curc. 2, 1, 22, Arnob. 7, 24 et 25, apud Charis. I p. 94 K (73 P) Lucanica *hira* cibum quendam videtur significare; quae grammaticus addit „hoc est intestinum“ vocabulum non omnibus usitatum, sed certis quibusdam regionibus familiare fuisse indicant. *capulus* (an capulum?) met. 10, 12, Plaut. Asin. 5, 2, 42, Tert. res. carn. 32; 38 (capulum). *ossum* de mag. 49, veterum quidam apud Prisc. 6 p. 254 Hertz. (p. 710 P., cf. etiam Hildebr. ad locum Apuleianum), Itala Luc. 24, 39, Ioann. 16, 39, Ps.-Tert. adv. Marc. carm. 2, 195, August. in psalm. 138 „quod vulgo dicitur ossum latine os dicitur“, idem de doctr. Christ. 3, 3, 7 „plerumque loquendi consuetudo vulgaris utilior est significandis rebus quam integritas literata; mallem quippe cum barbarismo

dici non est absconditum a te ossum meum quam ut ideo esset minus apertum, quia magis latinum est.“ ibid. 4, 10, 24 „cur pietatis doctorem pigeat imperitis loquentem ossum potius quam os dicere. ne ista syllaba non ab eo, quod sunt ossa, sed ab eo, quod sunt ora intellegatur, ubi Afrae aures de correptione vocabulium vel productione non iudicant? quid enim prodest locutionis integritas, quam non sequitur intellectus audientis?“ similiter dicebant vasum pro vas, Plaut. Truc. 1, 1, 33, Cato apud Gell. 13, 23, 1, August. specul. 18 (Mai), Mart. Cap. 3 § 295 „vasum an vas dici beat quaeritur“; ital. osso, vaso. *promus* de mag. 52, Plaut. Poen. 3, 4, 6, Pseud. 2, 2, 14, Varro r. r. 1, 16 p. 117, Tert. res. carn. 27 adv. Marc. 2, 10, Auson. ep. 22, 20. *senticetum* flor. 11, Plaut. Capt. 4, 2, 80 non a sentis duxit originem, sed a sentix, quod est apud Apul. de herb. 87, Dynamid. 2, 17 (p. 430 vol. VII classicor. auctor. a Maio editorum), Isid. orig. 17, 7: „rhamnus genus est rubi, quam vulgo senticem ursinam appellant“; denique nonnulli codices Prudentii contra Symm. 2, 1042, sentix exhibitent. *aevitas* ddgm. Plat. 1, 12 in notionem vocabuli aeternitas usurpatetur (aliter in lege XII tab. apud Cic. de legg. 3, 3, 9 et apud Gellium 20, 1, 25, cum quibus convenit Arnob. 2, 22; 5, 8), Arnob. 3, 12, Chalcid. interpr. Tim. Plat. 38 B p. 36, ed. Wrobel., gloss. Placidi: „aevitas quidem potest dici, sed rarum est in usu, magis perpetuitas aut aeternitas dicitur.“ *ninguis* Apul. apud Prisc. p. 297 Hertz. (p. 742 P.) Lucr. 6, 736; 964, Prud. cathem. 5, 97, ninguidus Prud. apoth. 661. *lactem* concupiscere met. 8, 19; 8, 28, (cf. Titin. com. 90, Pompon. 61), Petron. 71, Cypr. ep. 8, 1, Cael. Aurel. chrou. 4, 3, 56, Dynamidior. 1, 32; 1, 43; 2, 35; 2, 90. *Fovis* nominativo casu met. 4, 33 (sed in carmine), Ennius apud Apul. ddeo Socr. 2, idem apud eundem Apul. de mag. 19. hinc igitur facile colligat quispiam nominativi formam illam Apuleium ex Ennii libris transtulisse in fabulam de asino. nihilominus rem aliter se habere contendere possis. nam praeterquam quod haec ipsa legitur apud Hygin. fab. 31; 53; 54; 63; 79; 92; 140, Petron. 47, Commod. instr. adv. gent. deos 5, 6, auct. comment. Einsidlens. in anecdot. Hageni p. 234, eadem scripta exstat in Passione storum IIII coronatorum, ubi ab homine usurpatetur proletario, ut satis liquidum sit eam fuisse vulgarem.

Sequitur ut adiectiva perlustremus. atque ex his primum afferamus quae in *-bilis* desinunt, cum temporibus labentis

latinitatis imprimis apud scriptores ecclesiasticos usus eorum esset frequentissimus. namque et facile illa formari poterant et valde accommodata erant ad sententias breviter et accurate exprimendas. exempla proponere supervacaneum puto; satis multa sunt apud Roenschium p. 116 sq. *cruciabilis* met. 1, 7; 2, 2, Erdm. p. 14 propterea expriscis libris putat esse depromptum, quod praeter Apuleium solus Gellius idem habeat, quem ipsum constet vetustiora libenter affectasse. hoc argumentum parum stabile evertitur exemplis Arnob. 2, 34; 2, 61, 6, 22; Lact. 7, 20, 9, Prud. psychom. 446 (Prudent. perist. 3, 115 excrucialis, Auson. perioch. Od. 22 cruciabiliter). *conducibilis* met. 7, 9, Plaut. Bacch. 1, 1, 18, Epid. 2, 2, 76, Trin. 1, 1, 3, auct. ad Her. 2, 4, 21, Cael. Aurel. acut. 2, 19, 114, Sidon. ep. 6, 1, ital. *conducibile*. his adiciatur *capularis* de mag. 66, Plaut. Mil. 3, 1, 34, Lucil. p. 161, 2, ed. Muell. Isid. orig. 20, 11, 7. trivialis sermonis fuisse hoc vocabulum Erdmannus ultro concessit; de vocabulo capulum cf. p. 33. exempla frequentis usus adiectivorum in —alis et —aris formatorum vide apud Roenschium p. 118, ubi multa collecta sunt ex libris Afrorum.

Productae et ponderosae vocabulorem terminaciones in consuetudine cotidiana celebratae etiam ad literas afferebantur ab scriptoribus, quos omnium maxime huc pertinere iam saepius monui. —*arius*. „primipilaris, non primipilarius“ docet Probus p. 198 Keil. vulgi consuetudinem vituperans. Tert.: asinarius apol. 16 (Plaut. fabulae inscripsit; Cato r. r. 10, 4, Apul. met. 7, 8, Itala Matth. 18, 6), centonarius de praescript. haeret. 39, collegiarius de spect. 11, mortuarius de spect. 11, partiarius adv. Marc. 1, 24; 1, 26, alia. multa substantivorum vice funguntur ad significandam artem aliquam fabrilem vel munus, cui aliquis vacat. *praesentarius* met. 2, 25; 10, 4, Plaut. Most. 2, 1, 14, Poen. 3, 5, 47, Sempron. Tudit. apud Gell. 6, 4, 1, Arnob. (teste Kretschmanno), Boeth. cons. phil. 5, 6. *vulgarius* de mag. 12, Turpil. com. 205, Afran. 263, Nov. 99, Gell. 1, 22, 2. similiter tenuarius pro tenuis inscrpt. Afr. 4111 Renieri; cf. Roensch. p. 131, Paucker. lat. script. hist. Aug. p. 37\* et spicil. addend. lex. latinis p. 241, ubi admodum multa eius generis inveniuntur. —*osus*. Probus (p. 199 Keil.) praecipit „rabidus, non rabiosus“, cum terminationem eam vulgus nimis videretur adamavisse. Itala: caligosus Ierem. 13, 3, eremosus Ies. 16, 1, fatuosus Sirac. 21, 21, inaquosus Matth. 12, 43, Luc. 11, 24, inebriosus prov. 26, 9,

statores Baruch 3, 26 (Aug. civ. dei 15, 23) Cael. Aurel.: mortuosus (vultus) acut. 1, 3, 38, anxiosus chron. 3, 7, 95, cachinnosus acut. 1, 3, 41, capillosum chron. 5, 4, 67, corporosus acut. 3, 17, 148, felosus acut. 2, 14, 91, humorosus acut. 2, 10, 66, medicosus chron. 2, 14, 205, multa alia. *meticulosus* Apul. flor. 2, Plaut. Most. 5, 1, 52, Itala deut. 9, 19, Arnob. 5, 28, Cael. Aurel. acut. 1, 15, 131, Ambros. de Abrab. 1, 3, Hieron. in Ies. 54, ital. meticuloso. *propudiosus* de mag. 75, Plaut. Truc. 2, 2, 17, Stich. 2, 3, 10, Itala apoc. 21, 4, Min. Fel. 25, 9, Tert. de pall. 4, de pudic. 19 bis, Arnob. 4, 33; 36; 5, 25; 27; 32, Sidon. ep. 9, 6. *robiginosus* ddeo Scr. 5, Plaut. Stich. 1, 3, 75, Mart. 5, 28, 7. *scelerosus* met. 10, 29, Ter. Eun. 4, 3, 1, Lucr. 1, 83, vetus commentarium quoddam apud Varronem de l. l. 6 § 92, differentiae serm. p. 281 anecdt. Helv. Hageni, ubi exponitur quid intersit inter sceleratus et scelestus et scelerosus, ars anonyma Bernens. ibid. p. 68, ital. scelleroso obsoletum pro scellerato. *senticosus* flor. 18, Afran. 1, Aug. op. impf. contra Iul. 27, formatum a sentix, de quo vide p. 34. *virosus* met. 9, 15, Scip. Afr. apud Gell. 7, 12, 5; Afran. 62, Porphyrio ad Hor. od. 3, 15, 18, mulierosus est apud Plaut. Poen. 5, 5, 24, Afran. 372, Cic. fat. 5, 10; in gloss. Cyrilli παιδικός puerosus.

Adiectiva quae in —*icius* a verbis derivabantur significacione prope ad participia perfecti passivi accedunt. alia sunt, quae a nominibus originem duxerunt in —*icius* desinentia, sicut duumvralicius, quod fere solis Afris usitatum erat (cf. Hoffmann l. c. p. 151, 1), quaestorius inscript. Afr. 1869 Renieri. Itala: arrepticius Sam. 1, 21, 15, commixticius Ezech. 27, 17, immolaticius ad Cor. 1, 10, 28, Tert.: compacticius adv. Valent. 31, comparaticius adv. Valent. 13, compositicius de anima 9, damnaticius de praescript. haeret. 34, emissicius de pall. 3, obventicius adv. Marc. 2, 3, ostentaticius de virg. vel. 3, multa alia. *insiticius* Apul. met. 6, 31, Varro r. r. 1, 2, 5 (p. 93); 2, 8, 1 (p. 190), Plin. ep. 4, 3, 5, Sidon. ep. 4, 14. sed cum temporibus illis multa mirum in modum sibi repugnantia proferret sermo, etiam contraria formationis specie notabilia adiectiva hoc loco afferri possunt, quod breviorem et correptam quodammodo formam exhibent, pro qua antea plerumque longior in usu erat. *illex* de mag. 31 (30 in versu Laevii [?]), Plaut. Asin. 1, 3, 68, Pers. 3, 3, 4, Tert. apol. 41, paenit. 9, Cypr. zel. et liv. 2, Lact.

inst. 7, 27, 1 (?), Prud. contra Symm. 2, 6, psychom. 328, perist. 14, 6. *perpes* met. 2, 22, flor. 17, ddeo Scr. init., de mag. 73, Plaut. Amph. 1, 1, 124, Truc. 2, 2, 24, Pacuv. 188; 208, Min. Fel. 11, 5, Tert. apol. 18, Arnob. 1, 62, Lact. mort. pers. 33 extr., Prud. perist. 10, 470, cathem. 11, 111, Aug. civ. dei 21, 8, alii.

Quod Pauckerus (lat. script. hist. Aug. p. 69) de adverbiosis in —o cadentibus recte animadvertisit frequentiorem usum eorum comparare apud scriptores labentis latinitatis idem contendi potest de adiectivis in —us, a, um desinentibus. *congruus* ddgm. Plat. 2, 13, Plaut. Mil. 4, 3, 23, Ovid. met. 15, 487, Porphyrio ad Hor. ep. 2, 2, 142, Cael. Aurel. acut. 1, 15, 119, chron. 4, 9, 135, aliis locis (incongruus acut. 1, 3, 38), Iren. 4, 45, Aug. conf. 9, 31 (incongruus ibid. 12, 16, de doctr. Christ. 4, 3, 4), Claud. Mamert. stat. animae 2, 12, ital. congruo. *creper(us)* ddeo Scr. 18, Acc. tr. 601; 628, Lucr. 5, 1295, Symm. ep. 1, 7 (13), Claud. Mamert. stat. animae 2, 11, Fulg. Verg. Cont. p. 724, ed. Stav. Mart. Cap. 1 § 2; 2 § 116. *enervus* met. 1, 4, apud veteres non inveni, Erdm. falso memorat Lucr. 3, 721; item exossus met. 1, 4 apud illos exstare non videtur; Tert. pall. 6 simile habet elinguus. *morigerus* met. 2, 5, de mag. 14 et 74, Plaut. Amph. 3, 4, 21, Capt. 5, 2, 13, Naev. com. 91, Afran. 372, Iul. Valer. 1, 7, Aug. conf. 9, 33, Amm. 16, 11, 1. *opiparus* met. 5, 15; 10, 3, ddeo Scr. 22, Plaut. Mil. 2, 1, 29, Pers. 4, 4, 1, Solin. 22, 10, Iul. Valer. 3, 82.

Ad significandam qualitatem vel proprietatem ab animalibus sumptam usurpabantur adjectiva in —inus cadentia, sicut caninus Tert. de pall. 4, corvinus Apul. met. 2, 9, leoninus Tert. de pall. 4. sed talia usitata erant tam multa, ut nemo praeter Erdmannum (p. 17) miretur, quod inter alia apud Apuleium met. 2, 2, legatur *aquilinus*. idem vocabulum habent Plaut. in Pseud. 3, 2, 63, Tert. de paenit. 12 (Itin. A. M. 13 subaquilinus), ital. aquilino. — exitus adiectivorum in —eus formatorum frequens erat in usu ad significandam materiam ex qua aliquid confectum esset. *sparteus* met. 8, 25, Pacuv. 251; 385, Cato r. r. 3, extr. Col. 12, 50, 8, Pallad. 1, 24, 2; 1, 126 med., vocabulum est rusticum. *terreus* ddeo Scr. 9, Varro l. l. 5, 8, 14, r. r. 1, 14, (Caes. b. G. 1, 4, 3 nunc legitur terrenus), Verg. georg. 2, 341, Mart. Cap. 2 § 140 in carmine, ital. terreo; Arnob. 7, 16 *subterreus*.

Propter compositionem cum praepositione notabilia sunt: *condignus* met. 10, 12, Plaut. Amph. 1, 3, 39, Itala Tob. 9, 2, Esth. 6, 11, Macc. 2, 4, 34, Rom. 8, 18, Tert. cult. fem. 2, 9 adv. Marc. 3, 7, Cypr. ep. 30, 1; 30, 5; 31, 1; 31, 2; 36, 3; 45, 3, Arnob. 1, 1; 1, 23; 1, 27; 1, 48; 2, 18; 5, 45, alii scrptt. eccl., ital. condegno. *pertenax* homo valde avarus dicitur met. 9, 14, Plaut. Capt. 2, 2, 39; tenax significatione vocabuli avarus offensionis nihil habet, quantopere autem cotidiani sermonis consuetudo et qui eam amplexi sunt scriptores adiectiva cum praepositione *per* composita adamaverint, exemplis comprobatur, quae collegit Paucker. lat. script. hist. Aug. p. 26; cf. etiam Aug. Stinner in libello quem scripsit de eo, quo Cicero in epistulis usus est sermone (Oppol. 1879) p. 17 sq., Woelflin. l. c. p. 164. — deminutiva speciminis gratia haec memoro: *dicaculus* met. 2, 7, Plaut. Asin. 3, 1, 8, Spart. Hadr. 20, 8, Einhardus in vita Karoli (quaest. gramm. cod. Bernens. in anecdt. Hageni p. 187). *scitulus* Apul. met. 2, 7, Plaut. Rud. 2, 7, 7; 4, 1, 3, Arnob. 5, 6; 5, 31, scitule ibid. 3, 21.

Adiectiva participialia, quae inclinatu participiali —tus defigurata sunt a nominibus, apud auctores deterioris latinitatis sunt satis frequentia, imprimis quae assimilantur participiis declinationis primae, quae illis temporibus in dies magis reliquas obscurabat; exempla vide apud Roenschium p. 142 et apud Pauckerum lat. script. hist. Aug. p. 25\* et 26\*. *anulatus* met. 9, 12, apud Plautum Poen. 5, 2, 21 sensu proprio, Apuleius pro 'compede vinctus' posuit; anulus significatione compedis est apud Mart. 3, 29, 2; 11, 37, 3. *caesariatus* de mundo 23 notione translata, Plaut. Mil. 3, 1, 37 et Tert. pall. 4 propria; prorsus sic ut apud Apul. est in Itin. A. M. 51.<sup>1)</sup> *indusiatus* met. 8, 27, Plaut. Epid. 2, 2, 49, Mart. Cap. 1 § 65 indusiare. *ingeniatus* flor. 4, 18, Plaut. Mil. 3, 1, 136, Chalcid. comment. ad Tim. Plat. 328, geniatus Capit. Ver. 10, 6, degeniatus Cassiod. var. 12, 10. extremo loco referre placet *aeviternus* ddeo Scr. 3, Varro 1. 1. 5, 2, lusit. eviterno, cf. s. v. *aevitas* p. 34. *caeligenus*, de mundo 1 stellae dicuntur caeligenae, Varro 1. 1. 5, 10, 19, Auson. ecl. de fer. rom. 36; Tert. adv. Marc. 2, 12 aquigena et terrigena animalia. huius generis adiectiva saepissime inter

<sup>1)</sup> leviter Beckerus l. c. p. 69 contendit alterum exemplum eius generis vix reperiri; Itinerarii locus in lexicis (de Vit.) non omittitur.

substantiva primae declinationis transierunt, cf. nubigenae nimbi Prud. hamart. 486, terrigena Iren. 2, 2, Mamert. paneg. in Max. 4, Coripp. Iohannid. 1, 455, alienigena Cypr. ad Fortunat. 11, ad Demetr. 22, flammigena Sidon. carm. 13, 9, Caucasiqena Sidon. ep. 4, 1, Dodonigena ibid. 6, 12, Saturnigena Sidon. carm. 9, 132, alia. *penitus*, a, um met. 11, 6, Naev. 122, Plaut. Asin. 1, 1, 28 (Cist. 1, 1, 65 et Pers. 4, 3, 61, penitissimus). Iul. Valer. 1, 34; 3, 61; 3, 68, Claud. Mamert. stat. animae 2, 7, Macrobius sat. 5, 19, 16; 5, 22, 15 penitissimus, Mart. Cap. 6 § 600 et 640, Sidon. ep. 4, 9 penitissime. *postremissimus* de mag. 89, Gracch. apud Gell. 15, 12, 3, Tert. cult. fem. 2, 1; similiter dicebant extremior Apul. met. 1, 8; 7, 2, Tert. de anima 33 bis, Aug. conf. 12, 29; *extremissimus* Tert. apol. 19, *minimissimus* Arnob. 5, 7; 5, 14, Iren. 2, 1, novissimior acta Perpet. et Felicit. 1, pluriores Victor Vitens. hist. persec. Afric. 3, 32; cf. etiam Ott. in nov. annal. philol. 1875 p. 787 sq.

Inter adverbia principalem apud scriptores aetatis Caesareae posterioris obtinet locum, quae in *-ter* et *-(t)im* exeunt. terminatio *-ter* non solum ubi excusari potest, velut in adverbii a participiis praesentis activi formatiis adhibebatur, sed falsa analogia irrepsit etiam in alia, secundae declinationis adiectiva. haec prae ceteris Apuleium prisorum imitandorum causa affectavisse contendunt (cf. Kretschm. p. 62). exemplis, quae Roenschius p. 149 enumerat adde unanimiter Vopisc. Tac. 4, amariter Hieron. ep. 23, pleniter Ennod. 5, 16, noviter anecdt. Hageni p. 167. Pauckerus in addend. lex. lat. p. 87 et in spicil. addendor. lex. lat. p. 219 eis, quae Neue. formenlehre 2 p. 500 congregavit, ex libris scriptorum extremae latinitatis adiecit immensiter indigniter masculiniter numerositer praviter rariter blasphemiter inurbaniter securiter somnolenter summiter. *ampliter* Apul. met. 1, 21; 10, 26, Acc. tr. 282, Macrobius sat. 6, 7, 14. *ignaviter* met. 9, 16, Claud. Quadr. et Lucil. apud Non. 11 p. 513 et 514, Hirt. apud Cic. ad Att. 15, 6, 2, auct. belli Afric. 81, 1, Amm. 17, 10, 2. *miseriter* met. 8, 5, Laber. 149, Catull. 63, 49, Iul. Valer. 2, 35. *properiter* met. 1, 22; 10, 17, Pacuv. 332, Acc. tr. 629, Catull. apud Non. 11 p. 517, Auson. parent. 27. *rarenter* flor. 9 et 17, Liv. Andron. 24, Enn. 67, Fab. Pict. apud Gell. 10, 15, 4, Cato r. r. 103, Pompon. 45, Nov. 24, Macrobius sat. 7, 12, 28. *severiter* met. 2, 27; 3, 3,

Titin. com. 67, auct. Querol. 5, 3, 86.<sup>1)</sup> sed de his adverbiiis certi aliquid non contenderim. —*(t)im.* cf. Roensch. p. 148 sq., Neue. 2 p. 662. *efflictim* met. 1, 8; 3, 16; 5, 6, de mag. 79, Plaut. Amph. 1, 3, 19, Merc. 2, 3, 106, Ennod. ep. 6, 1, fortasse etiam apud Mart. Cap. 4 § 372. *frustatim* met. 2, 7; 9, 37; 9, 40, Pompon. 177, Apic. 4, 167, Aug. conf. 2, 1; 7, 2, Prudent. psychom. 721.

—*itus.* *medullitus* met. 7, 2, flor. 18, Plaut. Truc. 2, 4, 88, Most. 1, 3, 86, Enn. et Varro apud Non. 2 p. 139, Cypr. de mortal. 19, August. contra acad. 2, 2, 5, Prud. hamart. 392, Sidon. ep. 8, 7, Claud. Mamert. stat. animae 3, 10, Amm. 14, 1, 9; 15, 2, 3. *publicitus* de mag. 14, Plaut. Amph. 1, 1, 8; 4, 2, 7, Enn. apud Gell. 16, 10, 1, Vopisc. Tac. 10, 3, Trebell. Poll. XXX tyr. 18, 10, Capit. Gord. 9, 3, Prudent. perist. 14, 38, Claud. Mamert. stat. animae 3, 15. — denique his adiciamus *impendio* met. 2, 18; 10, 4, ddeo Scr. 20, Plaut. Aulul. prol. 18, Afran. 351, Cic. ad Att. 10, 4, 9, Amm. 14, 1, 9 saepius, Claud. Mamert. stat. animae 1, 3 extr. *omnimodis* idem significat quod omnino flor. 4, Lucr. 1, 684; 2, 489; 2, 699, Cassiod. expos. in psalm. 48, 5, Candidus Arianus de generat. div. 10 bis, ibid. 11, Claud. Mam. l. c. 1, 15. *praefiscine* flor. 16, Plaut. Asin. 2, 4, 84, Titin. 110, Afran. 36, Petron. 73, vox haud dubie vulgaris. *temperius* pro maturius met. 9, 2 (temperi est apud Plaut. Trin. 4, 2, 66), Cic. ad fam. 9, 16, 8, Ovid. met. 4, 198, Tert. de anima 36, Pallad. 3, 21, 2; de hoc vocabulo cf. Ritschelius in Sueton. Reiffersch. p. 507. *commodum* met. 1, 14, saepius, Plaut. Amph. 2, 3, 37, Trin. 5, 2, 12, Cic. ad Att. 13, 9, 1; 13, 9, 30, Iul. Valer. 3, 49, Itin. A. M. 57, Symm. ep. 2, 47; cf. Woelflin. l. c. p. 139. *iuxtim* et adverbii et praepositionis vicem poni poterat, iuxtim c. acc. habent Apul. met. 2, 13, Sisenna apud Non. 2 p. 127, Itin. A. M. 110. *pone versum* met. 2, 9, auct. incert. fab. 74<sub>2</sub> apud Ribb. 2<sup>2</sup> p. 124, Cato apud Charis. 2 p. 191 P., Amm. 25, 1, 18. *quaquaversus* met.

<sup>1)</sup> his adderem Fulg. myth. 3, 6 „Venus cupidinem petit, ut in contumacem formam severiter vindicaret“ nisi persuasum haberem Fulgentium verba reddere Apuleiana atque in met. (4, 31) legendum esse severiter pro reverenter. simili modo librarius peccavit met. 2, 27, ubi in cod. F a prima manu scriptum est: „in nefariam scelestamque istam feminam reverenter vindicate.“ virgula in codice saepe falso addita est, sicut p. 2, 14 (ed. Eysenhardt), p. 18, 9; 36, 17; 38, 23; 40, 1; 45, 1, aliis locis.

4, 6, quaqua pro quoquo est Plauti (Mil. 2, 1, 14) et Suetonii (Tit. 5); quaquaversus est etiam apud Cassiod. in psalm. 118, 8, Vincent. Lerin. common. 6, Isid. orig. 15, 16, 8. *utrimquesecus* Apul. met. 2, 4, Cato r. r. 21, Lucil. 22, 9, Lucre. 4, 939, Ovid. met. 5, 40, Solin. 10, 20; 27, 29, Itin. A. M. 77, Amm. 21, 12, 9; 29, 1, 4. *exinde* (pro ex illo tempore) met. 2, 13, aliis locis Enn. apud Cic. de div. 1, 48, 108, Verg. Aen. 6, 743, Tert. ad nat. 2, 13, de anima 27, adv. Marc. 2, 3; 2, 12, Cypr. ep. 30, 2, quaest. gramm. cod. Bern. 83 p. 188, anecdt. Hageni, ubi exinde sic illustratur: „deinde vel ex illo tempore vel loco“, cf. Hand. Tursell. 2, 665. *quippini* met. 9, 26, Plaut. Bacch. 4, 7, 41, Men. 5, 5, 45, Itala Luc. 11, 21 (cod. Amiat.). *praepositionis erga significatio localis* (cf. Plaut. Truc. 2, 4, 55) iam antiquo tempore absolevisse visa est Kretschmanno p. 116; sic eam usurpavit Apul. ddgm. Plat. 1, 13 sub fin. egregie de hoc usu vocabuli disseruit Ottius l. c. p. 849 — 855, qui argumentis stabilibus comprobavit hunc ipsum usum priscorum proprium viguisse in consuetudine vulgari eo, quo Apuleius libros scripsit tempore. veterum testimoniorum quae Ottius collegit addo comment. Einsidlense in Donati artem minorem p. 214 anecdt. Hageni: „circum et circa et erga idem sunt“, cf. ibid. p. 201.

Ex numero verborum, ad quae iam progrediendum est, primum referre placet quae et formatione et significatione manifesto exhibent speciem vulgarem, ut liquidem sit ex communione loquendi ea esse deprompta. *abligurrire* met. 10, 14, Enn. sat. 29 (Vahlen.), Ter. Eun. 2, 2, 4, Suet. gramm. 23, Arnob. 7, 3, Ambros. ep. 42, Capit. Macr. 15 *abligurritio*; Iul. Valer. 1, 26 *obligurrire*. *sorbillare* met. 2, 16; 3, 14, Ter. Adelph. 4, 2, 52. *tuburcinare* met. 6, 25, comici forma mediali utebantur veluti Plaut. Pers. 1, 3, 42. *blaterare* met. 4, 24, Caecil. 66, Afran. 195, Hor. sat. 2, 7, 35, Gell. 1, 15, 17; Sidon. ep. 9, 11 extr. blateratus. *groccire* ddeo. Ser. prol. extr., Plaut. Aulul. 4, 2, 3, crocire, ital. crocitare. *hirundinum* vox assimilatur verbo *fringultire* flor. 17, figurate etiam de hominibus usurpatum (sic etiam *χελιδονίζειν*) de mag. 98, Varro l. l. 7, 5, 100, Sidon. ep. 7, 9, Claud. Mamert. stat. animae 2, 9. *gannire* et *obgannire* met. 2, 2; 2, 11; 3, 20, Afran. 283, Catull. 83, 4, Vulg. Tob. 3, 9, Ies. 10, 14; *gannitus* Lucre. 5, 1069, Mart. 5, 60, Auson. epigr. 108, 4. *corraderere* translata significatione dicebant de homine pecuniam undique corripiente; Apul. met. 11, 28, cf. Ter.

Heaut. 1, 1, 89, Adelph. 2, 2, 34. *manticulari* apud Pacuv. 377 sq. significat vafre aliquid agere, apud Apul. de mag. 55 idem est quod furari; Tert. apol. 44 manticularius pro fur posuit. *perpruriscere* met. 10, 20, Plaut. Stich. 5, 5, 20.

Plebeiae latinitatis copia abundabat verbis, quae praecipue primae declinationis inclinamentis commode formabantur a substantivis adiectivisque significatione maximam partem transitiva, nonnunquam intransitiva. admodum multa eius generis inveniuntur in libris p. Chr. n. saeculo quarto vel quinto scriptis, per quos tum magis magisque communis dicendi mos diffundebatur. multa exempla sunt apud Roenschium p. 154—173, alia collegerunt alii, qui in observando sermone scriptorum illius aevi operam collocaverunt. *impiare* met. 1, 18; 3, 3, Plaut. Rud. 1, 3, 7, Min. Fel. 25, 6, Prud. perist. 10, 88; 14, 36, hymn. ante somn. 54. *impurare* met. 2, 25; 9, 10, Plaut. Aul. 2, 6, 10, Rud. 2, 6, 59, Min. Fel. 23, 12, Tert. apol. 23, Prud. perist. 10, 191 (apud hos omnes participium impuratus legitur), ital. impurare. *sublimare* met. 1, 8; 3, 21, Enn. tr. 234, Cato apud Fest. p. 306, Itala Sam. 1, 2, 10, Iob. 22, 12, Esdr. 1, 99, Ezech. 31, 10, Ies. 33, 10, Tert. adv. Valent. 20, adv. Marc. 2, 14, adv. Iud. 14, Aug. civ. dei 20, 2; 22, 4, Mamert. ad Iul. 29, Sidon. ep. 3, 1. *caperrare* met. 9, 16, ddeo Scr. prol. Cael. Aurel. acut. 2, 3, 16, Fulg. Verg. cont. p. 741 Stav., apud Plautum in Epid. 5, 1, 3 intransit. *purpurare* (transit.) met. 6, 25, Fur. Ant. apud Gell. 18, 11, 4, Mart. Cap. 9 § 981 in carmine; purpuratus ipse Cicero usurpavit Tusc. 1, 43. alia verba eiusdem generis sunt albare Tert. scorp. 12, crocare Isid. orig. 6, 11, 4 (crocatus Plin. n. h. 16, 147, Fronto ad Marcum Caes. 2, 8 p. 22 Nab.), candidare (maculas) Tert. scorp. 12, sericare Tert. pall. 4. quartae declinationis huc pertinet *compotire* met. 11, 22, ddeo Scr. prol. sub fin., Plaut. Rud. 4, 2, 6, Tert. adv. Valent. 11.

Frequentativorum usus sermoni vulgari placens haud scio an cum nominibus deminutivis possit conferri; etiam ex his multa iam antiquioribus usitata erant (cf. Paucker. spicil. p. 221). *adiutare* de mag. 31, Plaut. Cas. 3, 3, 17, Acc. tr. 103, Varro r. r. 2, 7, Lucr. 1, 812, Cic. frgm. p. 47 (XII, 2) ed. Kays., Petron. 62, Tert. de pat. 5, Gratian. cyneg. 5, ital. ajutare. *esitare* met. 10, 16, Plaut. Capt. 1, 2, 85, Cato r. r. 175, Gell. 9, 6, 3 etiam Romae tempore Apulei usitatum fuisse comprobat. *lusitare* met.

4, 7, Plaut. Capt. 5, 4, 6, Gell. 18, 13, 1, Tert. ad nat. 2, 13, Iul. Valer. 1, 48. — sequantur inchoativa, quorum exempla ab unde multa congregavit Pauckerus in spicil. p. 252 sq. *adlubescere* met. 7, 11; 9, 3, Plaut. Mil. 4, 2, 13, Mart. Cap. 1 § 25, 1 § 31, saepius. *conliquescere* de mag. 50, Varro (?) Col. 12, 22, Fronto de nep. amiss. 2. his addere placet *fumigare* flor. 1 de mag. 58 (transit.) Varro r. r. 3, 16 p. 239, Itala psalm. 143, 5 (August. conf. 8 § 4), Vulg. Tob. 6, 8, sap. 10, 7, Ennod. ep. 5, 8, Dynamid. 2, 10; 2, 43; 2, 50, ital. *fumicare* idem est quod far fumo.

Copia verborum cum praepositione vel una vel duabus iunctorum in sermone vulgari sine dubio maxima erat; non pauca iam veteres comici in usum suum converterunt. in hac componendi consuetudine nonnulli scriptores, prae ceteris Afri, adeo sibi indulgebant, ut vel eandem praepositionem in verbo eodem bis ponerent, veluti Apuleius in met. 8, 14 scripsit concorruere, quod vocabulum integrum optimorumque codicum memoria traditum immerito scriptoris editores spreverunt, non librarii mendum sed ipsum Apuleium corrigentes. apud Tertullianum legitur *adagnoscere* adv. Marc. 5, 5, de carne Chr. 23 de anima 6 (quamquam hi loci sunt lectionis dubiae), in Itala concolligere Matth. 24, 31, Marc. 13, 27. sed ne a trium quidem praepositionum coniunctione sermo latinus deterior abhorruit. Draegerus quidem confidentur negavit tres praepositiones unquam iunctas esse in sermone latino (hist. syntax 1 p. 117), sed exemplum minime dubium est con—re—sus—citare apud Tert. res. carn. 23, in Vulg. ep. ad Eph. 2, 6 et apud Hieron. adv. Iovin. 1, 38. neque vocabula respuebant talia: disconvenientia Tert. de testim. animae 6, ininventibilis Tert. adv. Hermog. 45, ininvestigabilis ibid., similia alia. *complacere* met. 4, 32, Plaut. Rud. 3, 4, 32, Itala Matth. 3, 17; 11, 26; 12, 18; 17, 5, Marc. 1, 11, Luc. 12, 32, act. 17, 12; 17, 34 aliis locis, ital. compiacere. *condeceret* met. 6, 9, Plaut. Amph. 2, 2, 90, Turpil. 127, Itala Sir. 33, 10, Tert. de paenit. 11, Auson. grat. act. 27, Claud. Mamert. stat. animae 1, 3, ital. adject. condecente. *confovere* met. 8, 7, Cato r. r. 5 exstr. (incerta lectio), Afran. 144, Itala Ies. 59, 5, Hieron. adv. Ruf. 3, 8, Chalcid. comment. ad. Tim. Plat. 165. *conspondere* met. 5, 14, Naev. 133, SC de bacchan. v. 13, Itala Ruth. 1, 15, Ambros. in Luc. 3, 31, Auson. ep. 10, 11, consponsor Cic. ad fam. 6, 18, ad Att. 12, 17. *deamare* ddgm. Plat. 2, 14, Plaut. Epid. 2, 2, 37, Poen. 4, 2, 72, Afran. 357, vocabulum in

re amatoria usitatum; praepositio vim atque significationem verbi auget sicut in deperire, deservire, devitare, aliis. *introcurre* met. 3, 12, Naev. tr. 56, Vulg. act. 12, 14. *obolere* de mag. 57; 60, Plaut. Cas. 4, 3, 21, Men. 2, 3, 28, Suet. Cal. 23, Vesp. 8. *oggerere* flor. 17, Plaut. Cist. 1, 1, 71, Truc. 1, 2, 9, Arnob. 5, 25. *affirmare* met. 10, 10, Pacuv. 293, Acc. tr. 372, Itala Levit. 7, 10, deuter. 2, 30, prov. 21, 29, Daniel 5, 20, Tert. de anima 24; Suet. Tib. 25 *affirmate*, Cic. ad Att. 1, 11, 1 *affirmatio*. *praelavere* de mag. 8, simplex verbum lavere est apud Plautum et Vergilium (cf. Kretschm. p. 84). hoc igitur verbum non tam propter compositionem notabile dixeris quam quod tertiae declinationis infinitivum exhibit. Priscianus enim 9 p. 471 Hertz. (p. 861 P.) lavere pro lavare antiquorum fuisse docet. sed tertiae declinationis formae huius verbi etiam apud scriptores temporum posteriorum non erant infrequentes, cf. Verg. Aen. 3, 663; 10, 727, Hor. carm. 2, 3, 18; 3, 12, 3; 3, 4, 61; 4, 6, 26, Arnob. 7, 32, Samon. 106, Veget. vet. 2, 44, 2; 2, 49, 1; alia exempla confusionis declinationum habent Neue. 2 p. 422, Roensch. p. 283 sq. *refingere* met. 3, 12, Pacuv. apud Varro. l. 1. 7 § 91 (teste Kretschmanno p. 84, sed ego inveni reficere), Verg. georg. 4, 202 (sed nunc legitur refidunt), Tert. de anima 34, Rutil. itin. 1, 116. *subigitare* de mag. 87 pro sollicitare; apud comicos in rebus obscenis usitatum erat, eodem sensu quo apud Apuleium scriptum exstat in epistula M. Aurelii ad Fronton. 4, 5. *subservire* ddgm. Plat. 1, 13, Naev. 112, Plaut. Men. 5, 2, 16, Ter. Andr. 4, 3, 20, Pacat. paneg. Theod. 18; similiter Tertullianus scripsit subministrare apol. 23, adv. Marc. 2, 14, aliis locis. *suffaricinare* met. 8, 9; 10, 6, Plaut Curc. 2, 3, 10, Ter. Andr. 4, 4, 31, Cassiod. inst. div. lit. 28 Augustini verba afferens.

In consuetudine cotidiana non solum substantivorum sed etiam verborum genera confundebantur; haud pauca verba nunquam uno genere certo usitata fuisse videntur, namque ipse Cicero nonnulla aliis locis aliter posuit sicut adulo et adulor, arguo et arguor, assentio et assentior, frusto et frustor, ludifico et ludificor, mereo et mereor. saepissimae hoc eveniebat, ut verba media lia passive usurparentur; exempla huius confusionis generum collegerunt Neue. l. c. 2 p. 270 sq. et Roensch. p. 297 sq. pauca ex his proferam, ut perspiciatur in sermone minus severo aetate Caesarea non defuisse, quae iam antiquissimis temporibus simili ratione ponerentur; in Itala sunt: aucupare psalm. 58, 4 (Plaut. Enn. Pacuv. Titin.

Acc. apud Non. 7 p. 467), comitare Tob. 5, 14 (Acc. apud Non. p. 85), criminare Gal. 5, 15 (Enn. apud Non. p. 470), demolire reg. 1, 19, 10 (Cass. Hem. apud Non. p. 346), operare Ioann. 6, 28; 9, 4 (Lucil. ap. Non. p. 523, sed L. Mueller p. 125, 67, Gulielm. secutus operata scripsit pro eo, quod vulgo legitur operat), praedare saepius in Itala (cf. Roensch. p. 389) Plaut. Rud. 4, 7, 16, Vopisc. Prob. 8, 3, proeliare deut. 28, 12 (Enn. apud Non. p. 472). *altercare* Apul. met. 2, 29; 6, 26, Pacuv. 210, Ter. Andr. 4, 1, 29, cf. Prisc. 8 p. 797 P., ital. altercare. *laetare* met. 5, 14; 3, 11, Liv. Andron. 7, Naev. 44, Maxim. Taur. serm. 47, sed apud hos omnes positum est vi factitiva. *nutricare* Ps.-Apul. Asclep. 36, Plaut. Merc. 3, 1, 11, Varro r. r. 2, 4 p. 177 et 178, Itala Matth. 24, 19, Luc. 4, 16, Tert. ad uxor. 1, 5, adv. Marc. 2, 19, Arnob. 1, 52, ital. nutricare. *venerare* met. 11, 2, Plaut. Bacch. 2, 1, 4, Truc. 2, 5, 29, Amm. 22, 9, 8, Gregor. Tur. glor. confessor. 47. mediales terminaciones iure obtinent verba, quae a substantivis concretis formata munus aliquod significant vel studium, cui quis vacat, sicut architectari dominari famulari furari haruspicari parasitari principari. recte igitur se habet *ancillari* ddgm. Plat. 1, 18, idem est apud Titin. 72, Plin. n. h. 2, 99, 2; exancillari est Tertullianus et Cyprianus posuerunt. *velitari* met. 9, 29, Plaut. Men. 5, 2, 28, Gell. 6, 11, 1, Iul. Valer. 2, 5. contra ea Apuleius scripsit *bubulcitare* flor. 6 (cf. Erdm. p. 16), Varro sat. Men. 52, 1 translate pro vociferari in modum bubulci (Plaut. Most. 1, 1, 50 bubulcitarier), Itala: sacerdotare exod. 40, 11, 13 (cod. Wirc.), Iren. prophetare 1, 9, 1 (sic etiam Claud. Mamert. stat. animae 1, 3), dominari Ireneae interpres passive usurpavit 3, 8.

In tanta inaequalitate consuetudinis intransitiva verba transitive ponebantur, quibus scriptores meliores nonnisi translata significazione usi erant, ea genuinam et in oratione culta obsoletam notionem propriam in sermone vulgari servaverunt. in aliis contraria ratio observari potest. namque etiam haec saepius non libero arbitrio scriptorum novata vel immutata, sed ex sermone communi in literas translata esse videntur. de verbis intransitivis factitiva vi positis in Itala et apud alios scriptores, quos prae ceteris respicimus cf. Ott. l. c. p. 841 sq. *corrue* Apul. met. 8, 8, Plaut. Rud. 2, 6, 58, Lucr. 5, 369, Catull. 68, 52. simplex verbum ruere transitiva significacione positum est apud Arnob.

2, 29; 2, 59, deruere Cic. ad. Att. 16, 11, 2. *mussitare* de mag. 71, Plaut. Pseud. 1, 5, 85, Claud. Mamert. stat. animae 2, 9, alii scriptores sine obiecto ponebant. *participare* (pro participem facere) met. 1, 4; 9, 33, Plaut. Cist. 1, 3, 17, Mil. 2, 2, 108, Cic. legg. 1, 12, 33, Lact. inst. 5, 6, 1 (sed loco non satis certo), Iul. Valer. 1, 4; 1, 45; 1, 51; 1, 58, Iren. 1, 9, 1; 5, 28. contra ea *demutare* neutrali significatione Apul. habet de mag. 16, Plaut. Mil. 4, 3, 37, Tert. adv. Marc. 4, 15, Iren. 1, 34, 1, Iul. Valer. 3, 31; 3, 86; similiter mutare apud Tert. de pall. 2, de anima 29, convertere Tert. pall. 4, virg. vel. 5. adv. Valent. 10. *exanclare* propria significatione met. 1, 55 (Quintil. 1, 6, 40, inter obsoleta enumerat); prorsus ita ut Apuleius hoc vocabulo usus est Cael. Aurel. acut. 1, 15, 125; 2, 39, 231, aliis locis. *dilapidare* de mag. 75, Ter. Phorm. 5, 8, 4, Cypr. de aleator. 6, Claud. Mamert. stat. animae 2, 9. denique memoranda sunt: *atticissare* flor. 18, Plaut. Men. prol. 12, Sidon. ep. 4, 1. *patrissare* flor. 3, Plaut. Pseud. 1, 5, 27, Ter. Adelph. 4, 2, 25, cf. Diomed. p. 336 P., Consent. p. 2036 P. sed talium formarum graecissantium, ut simili verbo utar, extremae latinitatis aetas feracissima erat; verbi gratia memoro anathematizare Itala Marc. 14, 71, Hieron. ep. 75, evangelizare Itala Matth. 11, 5, Luc. 2, 10, latinizare Cael. Aurel. acut. 1, 2, extr., scandalizare Itala Matth. 15, 12; cf. Ott. p. 788. *caecutire* flor. 2, Varro apud Non. 1, 86, Tert. adv. Marc. 2, 2, Iren. 2, 22, 1; 2, 27, 2; 3, 24, 2. *expurgere* (expergitus) met. 2, 26, de mag. 43, Acc. tr. 140, Santra tr. 4, Lucr. 3, 943, Censorin. 12, 4, Acta starum Perpet. et Felicit. 20, Iul. Valer. 1, 35; 3, 87, Auson. period. ll. 15, Od. 14. *indipisci* met. 6, 5, Plaut. Rud. 5, 2, 28, Trin. 2, 1, 2, Liv. 26, 39, Spart. Hel. 2, 3. *protelare* met. 8, 18, Ter. Phorm. 1, 4, 35, Lucil. 6, 34; 12, 1, Sisenna et Varro apud Non. 4 p. 363, Tert. de spect. 1, de paenit. 4, adv. Marc. 4, 21, Ps.-Cypr. de singul. cleric. 19, Chalcid. comment. ad Tim. Plat. 167; 266, Avien. descript. mund. 487, Hieron. ep. 23. — falsis quas vocant analogiis quivis sermo vulgaris abundat. rectius igitur Kretschmannus quas p. 86 affert formas ex metamorph. libris non prorsus antiquitatem redolere, sed vulgaris neglegentiae imitationem esse dixisset, cum satis liquidum sit in ea fabula Apuleium in multis consulto sequi consuetudinem cotidianam. exempla huius consuetudinis ex Itala congescit Roenschius p. 281—296. omnis dubitatio removeatur Augustini (de doctr.

Christ. 2, 13) verbis his: „illud etiam, quod iam auferre non possumus de ore cantantium populorum: «super ipsum autem floriet sanctificatio mea» nihil profecto sententiae detrahit, auditor tamen peritior cet.“ — *quitus est* de mag. 92, Acc. 622, Iul. Valer. 1, 94; cf. etiam Plaut. Pers. 2, 2, 12, Caecil. 279, Solin. 7, 13, qui alias formas passivas verbi eiusdem habent. — his adiciamus formulam *fortasse an ddeo* Scr. 5, Acc. tr. 122, Sisenna., Varro, Gell. (teste Kretschm. p. 106), Tert. praescript. haeret. 41, de anima 5, ibid. 20. extremo denique loco referre placet locutionem *hiems anni erat* de mag. 72; Serv. ad Verg. Aen. 2, 311, „veteres hiemem anni dicebant, ne tempestas posset intellegi“. equidem non dubito, quin etiam posterioribus temporibus *hiems* potuerit dici pro tempestas in sermone cotidiano, sed Apuleium discretionem illam neque consulto fecisse neque priscos hoc loco respexisse contenderim. „*hieme anni*“ scriptum est etiam apud Suetonium in vita Caes. 35; apud Gellium, qui 2, 21 et 19, 5 „*aestate anni*“ habet ratiō illa, scilicet ut *aestas anni* ab alia aliqua *aestate* discernatur, haberī nequit. Dict. Cret. 3, 8 et 3, 9 „*vesper dici erat*“. cf. etiam Tac. hist. 2, 39 „*verno tempore anni*“.

2. Haec deinceps sequantur ea vocabula, quibus neque Ciceronianaē neque Caesareae aetatis scriptores praeter Apuleium usi sunt in libris, qui aetatem tulerunt, de quibus tamen propter formationem multis aliis similem dubitare possis, utrum casu apud alios non compareant, quamvis in sermone vulgari potuerint usurpari, an ab Apuleio fortasse propter ipsam formationem in aliis celebratam consulto repetita sint ex libris priscorum. *custodela* met. 2, 22, Plaut. Merc. 2, 1, 9; *fugela* de mag. 98, Cato apud Prisc. 3 p. 88 Hertz. (p. 601 P.); de vocabulis in —(t)ela desinentibus cf. p. 31. *praegnatio* met. 10, 23, Varro r. r. 2 p. 161; Tert. adv. Iud. 9, habet *praegnatus*, August. serm. 128, 2, *praegnacitas*. *coniunctus* ddgm. Plat. 2, 24, Varro l. l. 10, 2, 165; sed Apuleianus locus suspectus est, codd. exhibent *coniunctam*, Goldbch. coniecit *convictum*. *spectamen* met. 4, 20 et 7, 13 positum est pro *spectaculum*, apud Plautum aliam significationem habet (cf. Erdm. p. 17). — *tudo*: Cael. Aurel. *hebetudo* acut. 2, 10, 69 et 70, *inquietudo* acut. 2, 26, 152, *maestitudo* chron. 1, 4, 104, *plenitudo* acut. 1, 14, 112, *teneritudo* chron. 2, 13, 166; alia exempla ex Itala et Vulgata congesta sunt apud Roenschium p. 66 sq. *hilaritudo*

met. 11, 7, Plaut. Mil. 3, 1, 83, Rud. 2, 4, 8. *severitudo* met. 1, 25, Plaut. Epid. 5, 1, 3. his adiungamus *cupedo* met. 1, 24, Varro 1. 1. 5, 32, 41, Lucr. 1, 1082; 4, 1085 (*cupedinarius* Ter. Eun. 2, 2, 25, Lampr. Elagab. 30). similia sunt *nigredo* Apul. met. 2, 9, Vulg. Nahum 2, 10, Mart. Cap. 1 § 62, *pigredo* Vulg. prov. 19, 15, *putredo* Apul. met. 9, 13, Cael. Aurel. chron. 4, 3, 26, Ambros. in Luc. 5, 37, *turbedo* Itala Nahum 1, 3, *acredo* Pallad. 2, 15, 9. —*bulum*: *dicibulum* Tert. adv. Valent. 20, *fundibulum* Vulg. Macc. 1, 6, 51, *mandibulum* Tert. de anima 10 (?), *medicabulum* Apul. flor. 16, *natabulum* Apul., ibid. *conciliabulum*, Plaut. Bacch. 1, 1, 47, Trin. 2, 2, 33, Tac. ann. 3, 40, Tert. spect. 8. *sessibulum* Apul. met. 1, 23, Plaut. Poen. 1, 2, 59. de terminatione —*ies* primae declinationis vice fungente cf. Hildebr. ad Apul. met. 5, 27, et Neue. formenl. 1<sup>2</sup>, p. 370. *spurcities* met. 8, 28, Lucr. 6, 977, *tristities* met. 6, 9; 8, 30, aliis locis. Ter. Adelph. 2, 4, 3, in reliquiis Pacuvii et Turpilii, quos Kretschm. memorat p. 44, nunc legitur *tristitas*.

In usu sermonis cotidiani genera vocabulorum facile confundi atque permutari potuisse facile tibi persuadeas. nonnunquam ipsi scriptores latini idem testantur, veluti Arnobius adv. nat. 1, 59 consuetudini illi hoc quasi patrocinium ac velamentum quaerit: „quaenam est enim ratio naturalis aut in mundi constitutionibus lex scripta, ut hic paries dicatur et haec sèlla, cum neque sexus habeant femininis generibus masculinisque discretos . . . et tamen o isti, qui pollutas res nostras vitiorum criminamini foeditate, stribiliges et vos istas libris illis in maximis atque admirabilibus non habetis? nonne alias dicitis haec utria, alias hos utres, caelus et caelum, non item pileus et pileum, non item crocus et crocum, non item fretus et fretum? non item apud vos est positum hoc pane et hic panis, hic sanguis et hoc sanguen, candelabrum et iugulum ratione eadem iugulus et candelaber? . . . atqui vos conspicimus et res masculinas feminine, et femininas masculine, et quas esse dicitis neutras et illo et hoc modo sine ulla discretione depromere. aut igitur nulla est culpa indifferenter his uti, . . . aut in similibus vitiis vos quoque versamini, quamvis cet.“ iam igitur minus mirum videatur quod etiam Apuleius similia habet sicut *ganeum* de mag. 98; idem est apud Plaut. Men. 5, 1, 3, Ter. Adelph. 3, 3, 5. *uterum* de mag. 85, Plaut. Aulul. 4, 7, 10, Turpil. 179, Afran. 345; eiusdem generis sunt

in Itala aestum Luc. 12, 55, agrum Ioann. 4, 5, baptismum Matth. 21, 25, Luc. 20, 4, gladium Rom. 8, 35 (Lucil. p. 143, 85, Muell.), humera pro humeri Matth. 23, 4, laqueum Os. 5, 1, margaritum apoc. 18, 12 (Petron. 63), palpebrum psalm. 10, 5, (Cael. Aurel. acut. 1, 8, 85, chron. 2, 1, 5; 2, 1, 8), puteum Ioann. 4, 11 (Varro apud Non. p. 217), testum Sirac. 22, 7, thensaum Luc. 12, 34. *sexus* genere neutro positum esse videtur de mund. 22; sic vetustioribus illud usitatum fuisse tradit Priscianus 5 p. 162 Hertz., sed Apuleianus locus non est certus; cf. Koziol. l. c. p. 232, 2.

De adiectivorum inclinamento —*bili*s formatorum usu frequenti cf. p. 35. *aerumnabilis* met. 1, 1; 8, 9; 9, 15, Lucr. 6, 1227, ab aerumna derivatum, quam vocem Erdmannus iam Ciceronis aetate obsoletam fuisse dicit. unde hoc collegerit me quidem fugit cum vel Cicero et substantivo aerumna (Tusc. 3, 34, 83, aliis locis) et adiectivo aerumnosus (Tusc. 3, 28, ibid. 4, 38) usus sit. — nomina adiectiva in —*tili*s desinentia vi atque significatione prope accedunt ad usum adiectivorum verbalium in —*τος* formatorum. etiam horum aetas Apuleiana et quae secuta sunt tempora fecunda erant. Itala: inconsutilis Idann. 19, 23, perflatilis Ierem. 22, 14, productilis Sirac. 50, 18, sculptilis deut. 27, 15, tornatilis cantic. 5, 14, cf. Roensch. p. 116 sq. *electilis* Apul. met. 10, 15, Plaut. Most. 3, 2, 41. huic addi potest *dapsilis* met. 11, 3, Plaut. Aulul. 2, 1, 47, Most. 4, 3, 43, Iul. Valer. 1, 45; 3, 30. — *mustulentus* met. 2, 4, Plaut. apud Non. 1 p. 63 extr. similiter exibant multa alia sicut macilentus Plaut. Capt. 3, 4, 114, Vulg. Dan. 1, 10, caenulentus Tert. pall. 4, farinulentus Apul. met. 9, 12, lutulentus Cypr. ep. 67, 6, mucilentus Arnob. 3, 13, rosulentus Prudent. perist. 3, 199, sordulentus Tert. paenit. 11. — *obstupidus* met. 1, 15, Plaut. Mil. 4, 6, 39, Pacuv. 54, Muson. apud Gell. 5, 1, 6. *omnimodus* met. 5, 25, flor. 18, de mag. 50; 75, apud Varronem l. l. 37 ex coniectura Muelleri; Koziolius hanc formam ab Apuleio novatam esse dicit. *quies* ddgm. Plat. 2, 5, Naev. apud Prisc. 6 p. 243 Hertz. (p. 704 P.), Licin. Mac. ibid., inquieras Tac. ann. 1, 68; 3, 4; 16, 14, Apul. met. 2, 16; 9, 42; *irrequies* Auson. ephem. orat. 16, Paulin. Nolan. carm. 5, 16. *deincipiti die* flor. 16, teste Paulo p. 75 veteribus usitatum erat deinceps deincipis. equidem suspicor deincipiti die locutionem fuisse semper tritam eiusdem generis atque post(e)ri die, pridie, cotidie, die quinti, die

noni, quas imperatorem Augustum usurpavisse confirmat Gellius 10, 24, 2; cf. Macrob. sat. 5, 19, 16, Neue. formenl. 2 p. 676.

Iam supra memoravi Pauckero frequentiam adverbiorum in —o formatorum apud scriptores aetatis Caesareae posterioris visam esse notabilem. ex Itala verbi gratia memoro iniusto postero vano unanimo (cf. Ott. p. 785); rato habet Tert. de anima 35, superfluo Aug. ep. 28. *insperato* Apul. met. 9, 38, Plaut. Aulul. arg. 1, 14, Lucil. 30, 38. *partiario* met. 9, 27, Cato r. r. 16 ab adiectivo partiarius derivatum, quod est Tertulliani adv. Marc. 3, 16, de res. carn. 2. *munditer* de mag. 33, Plaut. Poen. 1, 2, 25. *paenissime* met. 8, 6, Plaut. Aulul. 3, 4, 7, Most. 3, 1, 123, cf. p. 39 s. v. *postremissimus*.

Inter verba primae declinationis a nominibus formata (de his cf. p. 42) singularem obtinent locum, quae a substantivis derivata et cum praepositione *ex* composita peculiarem habent significationem privandi aliquem ea re, quae substantivis illis notatur. in Itala vel Vulgata sunt: emedullare num. 24, 8, evaginare act. 16, 27, exod. 15, 9, num. 22, 23, excerebrare Ies. 66, 3 (Tert. adv. Marc. 4, 11), excoriare Mich. 2, 8; 3, 3, exinterare Tob. 6, 5, Plaut. Epid. 2, 2, 2; 3, 4, 78; 5, 2, 7, Hyg. fab. 30, Petron. 49, 54. exhonorare Iac. 2, 6 (August. civ. dei 3, 16; 16, 2), Tert.: exarmare de cult. fem. 2, 9, de pudic. 1, excaudicare de pudic. 16, excerebrare adv. Marc. 4, 11, elinguare ad nat. 1, 8, emaculare de anima 24, enubilare adv. Marc. 4, 36, eradicare apol. 9, de pudic. 16, exodorare de pall. 4, alia. *evitare* (pro vita privare) met. 3, 8, Enn. tr. 87, Acc. 348; cf. Hildebr. ad locum Apuleianum. *exdors(u)are* de mag. 42, Plaut. Aulul. 2, 9, 2, vox culinaris sicut exinterare. *exoculare* met. 8, 13, Plaut. Rud. 3, 4, 26, oculare et inoculare Apul. de mag. 63, Tert. de paenit. 2, de pudic. 8, apol. 21. — denique haec sunt referenda: *adnutare* met. 10, 32, Naev. com. 76 et 112, Plaut. Merc. 2, 3, 99. *loquitari* flor. 15, Plaut. Bacch. 4, 7, 5; de frequentativis cf. p. 42. *auspicare* flor. 16, Plaut. Pers. 4, 6, 7. *cunctare* ddeo Scr. 2, Acc. tr. 72. *incertare* met. 5, 13; 11, 6, Plaut. Epid. 4, 1, 21, Pacuv. 150. *causificari* (pro causari) met. 10, 9, Plaut. Aulul. 4, 10, 29; similia sunt laetificari pro laetari in Passione storum IIII coronatorum 1, laetificus idem est quod laetus apud Lucr. 1, 192, Iren. 4, 23, Cassiod. hist. eccl. 1, 8, mortificari Iren. 5, 7, naturificatus pro natus apud Tert. adv. Valent. 29. *detundere* met. 2, 32, Lucil. sat. 20, 12 in versu prorsus incerto,

vulgo legitur „proras detondete et despoliate gubernā“, cf. p. 76 ed. L. Muell.; Lachmannus „proras despolate et detondete gubernā“. *dispudet* de mag. 63, Plaut. Bacch. 3, 3, 77, Ter. Eun. 5, 1, 16; disperdere Tert. pall. 4, Iren. 5, 6, disperire Plaut. Poen. 4, 2, 22, Ter. Heaut. 5, 2, 17, Cic. agr. 2, 29, Hor. sat. 1, 9, 47. *inigere* met. 4, 12, Varro r. r. 2, 2, 15 p. 168. *inurgere* met. 8, 10, Lucr. 5, 1033. *interstinguere* met. 4, 12, significat interficere, apud Lucr. 5, 761 pro extingue (ignem). *offrenare* met. 6, 19, de mag. 77, Plaut. Capt. 3, 5, 97.

3. Iam restat denique, ut antiqua vocabula, quae ex libris priscorum in scriptioñem suam transtulit Apuleius adnotemus. atque horum quidem numerus non est ita magnus; praeter ea, quae p. 20 speciminis gratia memoravimus Apulei aetate iam obsoleta fuisse dixeris: *bucco* de mag. 81, Plaut. Bacch. 5, 1, 2, Pompon. 10. *calcitro* met. 8, 25, Plaut. Asin. 2, 3, 11. *dividia* de mag. 28, Plaut. Bacch. 4, 51, Acc. tr. 152 et 587. *exorabula* idem sunt quod preces flor. 18, Plaut. Truc. 1, 1, 6. *maccus* de mag. 81, Pomponius compluribus fabulis inscripsit. *prolubium* met. 10, 21, Naev. com. 31, Caecil. 91, Acc. tr. 106, Laber. 34. *famigerabilis* met. 1, 7; 2, 21, Varro l. l. 6, 7, 61. *vespernus* met. 3, 1; 10, 35, Plaut. apud Fest. p. 368, cf. Isid. 20, 2, 14. *literatus* propria significatione idem est quod literis pictus met. 3, 17; 6, 4; 9, 12, Plaut. Rud. 2, 4, 21. *cossim* (coxim) met. 3, 1, Pompon. 129. *curriculo* met. 10, 9, Plaut. Pers. 2, 2, 17. *diutine* met. 2, 15, Plaut. Rud. 4, 7, 15. *largitus* met. 11, 30 (sed Elmenh. et Eyssenh. largius), Afran. 212. *mordicitus* et apud Apuleium (met. 3, 26) et apud Plautum (Aulul. 2, 2, 57) lectio prorsus incerta, nunc praefertur mordicus. *illico* significatione propria locali met. 9, 41, Naev. Caecil. Acc. Hemin. apud Non. 4 p. 325. *interibi* de mag. 73, Plaut. Asin. 5, 2, 42, Gell. 3, 7, 17. *arbitrari* pro inspicere met. 3, 21, Plaut. Aulul. 4, 1, 21. *concipilare* de mag. 96, Naev. com. 133, Plaut. Truc. 2, 7, 72. *praestinare* met. 1, 5; 1, 24; 7, 9, Plaut. Capt. 4, 2, 68, Pseud. 1, 2, 36. *praestolare* met. 5, 20, Liv. Andron. 25, Turpil. 153. *ruspari* de mag. 41, Acc. tr. 441; 498, Tert. de pall. 2 ruspare. *adorare* pro alloqui met. 2, 29; 3, 3; 8, 19; 10, 12, cf. Serv. ad Verg. Aen. 10, 677, „adorare veteribus alloqui“; schol. Bob. ad Cic. pro Arch. poet. 11, 28, „hunc ad perficiendum adoravi: hoc verbum adoravi significat cohortatus sum“. cf. etiam Tac. hist. 1, 36. Itala genes. 23, 7, „surgens autem Abraham

adoravit plebem filiorum Heth.“ Vulg. genes. 23, 12 „adoravit Abraham coram populo terrae et locutus est“, sed in Septuaginta pro hoc verbo est *προσκυνεῖν*. —

Operam dedi, ut hominum doctorum sentensias de Apuleio examinarem et quoad eius fieri posset iudicia eorum corrigerem. in scribendi genus Apuleianum inquisivi ita, ut prae ceteris ad per vulgatam opinionem de vetustorum vocabulorum usu apud scriptorem adhiberem meum iudicium. namque sic solebant de Apuleio sentire, ut exoletis vocabulis locutionibusque ferme ut pigmento quodam orationem insolenter eum infucavisse putarent cum Frontone eum comparantes. quam consuetudinem sic ego sum conatus illustrare, ut aliorum scriptorum Apuleio aetate vel aequalium vel inferiorum, prae ceteris Afrorum, simili usu proposito plurima non exoleta sed vulgo trita fuisse docerem, pauca ab exemplaribus latinitatis vetustioris seu consulto repetita esse seu sine aliquo certo consilio inde fluxisse non negarem. omnium scriptorum locos, quos memoravi, ipse inspexi omnes. quantum debeam lexicis et indicibus vocabulorum, quos addunt scriptorum editionibus, quae repetiverim ex libris Kretschmanni, Roenschii, Neuei, Pauckeri, qui adiumento mihi fuerunt: quae ipse inter legendum congregaverim, quam non pepercерim labori recte non iudicabis nisi singulos locos cum his, quae memoravi subsidiis accurate contuleris. — tantum est. emitto libellum non quidem perfectum, quem tamen spero non fore plane inutilem.



# THESES

---

1. Argumenta, quibus Henricus Becker (*studia Apuleiana*. Berol. 1879 p. 54—92) demonstravisse sibi visus est libri *περὶ κόσμου* versionem latinam falso adhuc Apuleio Madaurensi attributam esse, nihili sunt omnia.
2. Errant cum Platone (*Theaet.* p. 152 D) qui Protagorae doctrinam de sensibus atque de sentiendi ratione ex placitis Heracliti de perpetua motione et mutatione materiae pendere contendunt.
3. Imperator M. Antoninus ad se ipsum lib. VII § 31 sic videtur scripsisse: „πάντα νομιστί, ἐπεὶ δαιμόνια τὰ στοιχεῖα ἀρκεῖ δὲ μεμνῆσθαι, δτι τὰ πάντα νομιστὶ ἔχει, μηδὲ λίαν δλύγα.“
4. Apud Senecam quaest. nat. II, 27, 3 legas: „aliud genus est acre quod acerbum mage dixerim quam sonorum, qualem audire **sonum** solemus cet.“
5. Ammianei codicis V lib. XV c. 4 (p. 329 ed. Eyssenh.) integra est lectio „at in Galliis **fervorum** (cod. ueruorum) tenore gliscente“ nec mutanda in bellorum.



## V I T A

---


Natus sum Ioannes Piechotta in vico Groschowitz prope urbem Oppolium sito a. d. VI. Id. Decembr. anni h. s. LIV patre Alberto matre Thecla e gente eadem. fidem profiteor catholicam. primis literarum elementis domi imbutus inde ab anno h. s. LXV gymnasium Oppoliense frequentavi. cursu gymnasii rite peracto maturitatis testimonium adeptus universitatem adii Vratislaviensem nomenque apud ordinem philosophorum dedi. lectiones audivi philologicas philosophas germanicas historicas. per duo semestria seminarii regii philologici sodalis fui extraordinarius, ordinarius per tria. praeceptores omnes, praeceteris Martinum Hertz Augustum Rossbach **Augustum Reifferscheid** pro ea, qua me devinxerunt benevolentia semper colam mente pientissima.

---

Cervimontii

ex officina typographica „Bote a. d. Riesengebirge“.





May 28 1950

La 44.280  
Curae apuleianae.  
Widener Library

006506601



3 2044 085 184 307

